tē ad infernū vel ad lymbū trahere potuit. Aliud bra
chiū diaboli erat ptās p̄cipitādi hoīeꝫ in pctm̄. ꝫ chr̄s
iſtud nō oīno abſtulit ei vt haberemus occaſionē pug
ne ⁊ victorie ⁊ ꝓmerēde corone. Sꝫ iſtud brachiū chr̄s
ita debilitauit ꝙ ipē nullū ex tūc ad pctm̄ mortale tra
here potuit. Nam duobꝫ modis diabolus impellebat
hoīes in pctm̄. Primo ꝑ occultas ⁊ interiores cogita
tōes. Scđo ꝑ manifeſtas ⁊ exteriores tribulationes.
Sed chr̄s ꝑ predicatōes ſuas ⁊ aploꝝ ⁊ eoꝝ ſequaciū
ita reuelauit ⁊ notas fecit fraudulētas tētatōes ⁊ ver
ſutias diaboli. ꝙ q̇libet (niſi ſit negligens ſue ſalutis)
ſpēaliter poteſt cauere a ſuis tentatōibus. Inſuꝑ ꝑ exē
plum ſue patiētie ⁊ martyrū ⁊ ꝑ ꝓmiſſionē eterne glo
rie ita aīauit ⁊ ꝯfortauit nos ꝙ ſcī viri plus gaudeant
q̄ꝫ doleāt in mūdi aduerſitatibus. Et ſic pugil noſter

debilitauit hoſtē noſtrū intantū ꝙ Ambroſius dicit. Debilis eſt hoſtis q̇ non poteſt vincere niſi volentem. ¶ Tertio pugil noſter chr̄s hoſtē fugauit ipſo dicēte. Princeps mūdi eijcietꝛ foras Joh. xij. Nam an̄ chriſti paſſionē diabolus tanq̄ pꝛiceps mūdi adorabatꝛ. ⁊ de ſimulachris ſuis cultoribꝫ dabat reſpōſa. ſed qn̄ vidit chr̄m in cruce pēdētem exiuit de ſimulachris / ita ꝙ de inceps nunq̄ amplius locutus eſt ſuis cultoribꝫ de ſimulachris. Qui ergo vult diabolum expellere in ſuis tētationibꝫ / habeat chr̄m in cruce pendētem in ſuo corde. qꝛ diabolus eſt ſuꝑbiſſimus: et qn̄ videt in aliquo ſignū vel vexillum. i. crucem qua chr̄s eum ſuꝑauit debilitauit ⁊ fugauit: inflāmatꝛ ⁊ fugit. Et ꝙ ſignū fuget diabolū patꝫ ꝑ tale exēplum. Legitꝛ ꝙ ſancta Juſtina erat virgo ſanctiſſima in ciuitate antiochia: quā quidā iuuenis nō valens terroribꝫ ⁊ blandicijs ad amorē ſuū allicere / venit ad cyprianū: qui p̄cepit demonibꝫ vt animū puelle inclinarēt ad voluntatē eius. Demones autē ad ꝑſuadendū in ſpecie nutricis ſue ⁊ in ſpē matris veniebāt. ſꝫ q̄cito ꝯſenſum peccati ꝑſuadebant ei: ipa faciebat ſignū crucis. et illi ſtatim fugiebant. Multa alia poſſunt poni exempla de hac materia. que ponuntur in hyſtoria ſancte crucis.

## De iudice — Sermo . xij.

Noſter) Unigenitus dei filius non ſolū in ſua paſſione factus ē pugil nr̄ fortiſſimus (qꝛ vicit diabolū magnā ꝑtātem habentē / dicente Job. xli. Nō eſt ꝑtās ſuꝑ terrā que ꝯparetur ei: q̇ factus eſt vt nullū timeret) ſed etiā factus ē iudex noſter equiſſimus in gn̄ali reſurrectōe / ipo dicēte. Pater om̄e iudi-

ciũ dedit filio Joh.v. Qui ad iudiciũ veniet in maie/
ſtate: ⁊ tanq̃ iudex iuſtus q̃ fienda ſunt in iudicio faci
et. ¶ Primo iudex noſter ad iudicium veniet/ſed quõ
oſtẽdit dauid dicens. Deus noſter manifeſte veniet ⁊
nõ ſilebit: ignis in ꝯſpectu eiꝰ exardeſcet. p̃s.xlix. Tria
dicit. Primo (manifeſte veniet) Primꝰ aduẽtus eius
fuit paucis notꝰ. qꝛ ſolũ gabrieli/marie/⁊ ioſeph. Iſte
vero erit notus oĩbus: angelis. demonibꝫ. ⁊ omnibus
hoĩbus. Aduẽtus eius in carne fuit cũ magna humili
tate. ſꝫ iſte erit cũ magna poteſtate. In illo aduẽtu fuit
inuolutus vilibꝫ pannis Luce.ij. in iſto erit indutꝰ cla
ritate maxima. In illo aduẽtu fuit poſitus in p̃ſepio.
in iſto ſtabit in aere ⁊ in tam ſublimi loco ꝙ videri po
terit ab om̃i hoĩe. Scđo non ſilebit. qꝛ tam alta voce
clamabit ꝙ etiã mortui ip̃m audiẽt. iuxta illud Joh.v.
Mortui q̃ in monumẽtis ſunt audiẽt vocem filij dei.
et qui audierint viuent. Et propter ip̃ius vocis emi/
nentiã apl's eam vocat tubam. p̃. Cor.xv. Et mortui
reſurgẽt incorrupti in momẽto in ictu oculi in nouiſſi/
ma tuba ⁊c̃. Iſtam vocẽ terribilẽ timebat ſanctꝰ Hie
ronymus cũ dicebat. Siue comedã ſiue bibã ſiue ali/
ud faciã: ſp̃ videt̃ reſonare in auribꝫ meis illa horribi/
lis tuba: ſurgite mortui venite ad iudiciũ. Tertio ig/
nis in cõſpectu eius exardeſcet. Hic eſt ignis q̃ p̃cedet
faciẽ iudicis: qui cõburet. cremabit. ⁊ purgabit totam
exteriorẽ figuram huius mũdi. qui tantũ aſcẽdet quã/
tum aſcẽdebant aque diluuij. Et ille ignis bonis qui
tunc reperiẽtur erit purgatoriũ. malis vero p̃ncipium
cruciatus eterni. Vñ.p̃s. Ignis añ ip̃m p̃cedet ⁊ inflã
mabit in circuitu inimicos eiꝰ. p̃s.xcvi. ¶ Scđo iudex
nr̃ in iudicio ſedebit ĩ ſua maieſtate. i. cũ mag̃ claritate

qm̄ ſua quinqꜫ vulnera ⁊ paſſionis inſtrumēta erūt ſu
per claritatē ſolis lucētia: vt illa que ei illata fuerunt a
pctōꝛibus in cōtumeliā ⁊ penā / ſint ei in maximā glori
am. Pꝛope eū tanqꜫ aſſeſſoꝛes ſtabunt apl'i ⁊ ſucceſſo
res eoꝛū. i. viri pfecci q̄ ſecuti ſunt vitā chr̄i ⁊ apl'oꝛum
oīa relinquēdo: in paupꝛtate / caſtitate / ⁊ obediētia viuē
do. Iſti aſſeſſoꝛes iudicabūt cū chr̄o nō pferendo ſen/
tentiā / ſed ſedēdo ad iudicis dexterā approbādo iuſtā
ſententiā. Math. xix. Et qꜫ cōmunē ſtatū iuſtoꝝ tran/
ſcenderūt viuēdo: nō ſolū q̄ ſunt neceſſitatis obſeruan
do. ſed etiā ꝯſilia que ſunt ſuperogatiōis adimplendo
ideo ſpēalem honoꝛē habebūt in iudicio vna cū chr̄o
iudicādo. Hoc ipe pꝛomiſit eis dicēs. In regeneratōe
cū ſederit filius hoīs in ſede maieſtatis ſue ſedebitis ⁊
vos ſup ſedes duodecim iudicātes duodecim tribus
iſrael Math. xix. Vt dicit gloſa p ſedes duodecim in
telligit̄ vniuerſitas iudicantiū. ⁊ p duodecim tribꝫ vni
uerſitas iudicandoꝛū. Illi ergo q̄ ſecuti ſunt chꝛiſtū et
apl'os oīa relinquēdo: iudicabūt / alij vero iudicabunt̄
¶ Tertio iudex nr̄ tanqꜫ iuſt⁹ iudex faciet q̄ facienda
ſunt in iudicio. vt eſt dare p̄miū bonis ⁊ ſupplicium ma/
lis. nam eo veniēte ſeparabūtur boni a malis vt dicit
euāgeliū. qꜫ ſtatuet oues a dextrꝫ. hedos ṽo a ſiniſtris
Math. xxv. Per oues q̄ ſunt ſimplices ⁊ fructuoſe de
q̄bus fiebat antiq̄tus ſacrificiū: intelligunt̄ boni qui
tanqꜫ ſimplices. i. ſine fraude vixerūt tēpus vite ſue be
ne ac fructuoſe expēdendo ⁊ coꝛpus ⁊ aīam in dei ſer/
uitio immolādo: q̄bus iudex iuſtus dabit ſeipm in p̄
miū: qō pꝛedixit qn̄ abꝛahe dixit. Noli timere ego pꝛo
tectoꝛ tuus ſum ⁊ merces tua magna nimis. Gen̄. xv.
Magna em̄ merces erit deus iuſtis: qꜫ liberabit eos

a damnatõe eterna. maxima quia ducet eos ſecũ cum aĩa ⁊ corpe ad eterna gaudia dicẽs. Venite benedicti patris mei ꝑcipite regnũ qđ vobis paratũ eſt ab origine mũdi. Math. xxv. Per hedos q̃ ſunt fetidi intelligũtur pctõres. qui erũt fetidi in corpore. fetidiores in aĩa. fetidiſſimi in pena. qm̃ ſulphur ⁊ ſpũs ꝓcellaꝝ ps calicis eoꝝ. ps. x. Quib; dicetur. Ite maledicti in ignẽ eternũ qui paratus eſt diabolo ⁊ angelis eius Math. xxv. Quo dicto ibunt iniuſti in ſuppliciũ eternũ. iuſti vero in vitã eternã. Quod ꝓuidens ꝓpheta dixit. Qui ſunt hi q̃ vt nubes volant. Eſaie. lx. Sancti volantes in celũ dicunt nubes. q: fuerũt eleuati a terra ꝑ ꝯtẽplationem pleni rore miſericordie ⁊ grẽ. ⁊ ardore ſolis iuſticie. i. vindictam ſuis orõnibus temperauerũt miſericordiam impetrãdo.

## De ſpecioſitate Sermo. xiiij.

Qui es in celis) In pmo verbo dominice orõnis dictũ eſt de pr̃e. in ſcđo de filio. ⁊ in iſto tertio dicet de ſpũſancto. qui eſt in celis. i. in ſanctis viris ꝓpter inhabitatõem gratie. Vñ apl's. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus veſtris ꝑ ſpiritũſanctũ qui datus ẽ vobis. ad Romañ. v. Et dicũtur viri ſancti celi/ q: ſicut celi ſunt in aſpectu pulcerrimi: ſic ſunt et ipſi ſpecioſiſſimi. Nã ſpecioſitas celi ꝯtinetur in trẽbus. videlicet in lumine magno. in ornatu vario. et in motu ordinato ac volũtario. Primo ſpecioſitas celi cõſiſtit in lumine magno. quia deus fecit duo luminaria magna. luminare maius. i. ſolem: ⁊ luminare mĩnus. i. lunã/ que illuminat nõ tm̃ celum ſed ⁊ omia elementa. Geneſ. i. Iſta duo luminaria magna ſunt in vi

ris ſanctis. Luminare maius eſt exẽplũ bone vite. de
quo ait chriſtus. Sic luceat lux veſtra corã hoĩbus vt
videant opa veſtra bona/ ꝛ glorificẽt patrẽ veſtrũ qui
in celis eſt Math.v. Luminare minus eſt verbũ do/
ctrine quod dicit minus. quia plus mouẽt exempla ꝙ̃
ꝟba. De hoc luminari dicebat apl's. Lucetis ſicut lu/
minaria in mũdo verbũ vite ꝯtinentes. ad Philip.ij.
Et dauid ait. Declaratio ſermonũ tuorũ illuminat et
intellectũ dat puulis. ps.cviij. id eſt humilib9 qui hu/
militer ꝛ deuote audiũt verbũ dei in ſermonib9. nõ ſu/
pbis. q2 vt dicit Job. Sũt rebelles lumini. i. ꝟbo dei.
Eiuſdẽ.xxiiij. Uerbo eñ dei tergũ vertũt nolentes il/
lud audire. ¶ Secũdo ſpecioſitas celi cõſiſtit in orna
tu vario. q2 varijs ſtellis deus celũ ornauit. Iſtud or/
namẽt[illegible] repitur in viris pfectis ſiue ſanctis. Unde
Job.[illegible]i. Spũs dñi ornauit celos. Ornamenta celo
rũ ſu[illegible]utes iuſtorũ. ſcz humilitas. charitas. caſti/
tas. [illegible] vñ accipiunt ipi iſtũ ornatũ/ niſi a ſpũſancto
qui h[illegible]at in eis: Iuxta illud. Spũs dñi ornauit ce
los. [illegible]. Et ſicut ex influẽtia celorũ vel ſtellarũ
terra [illegible]uctũ: ſic p exempla ꝛ documẽta viroꝝ iu
ſtoꝝ ſo[illegible] peccatores ad bona opera ſe cõuertere. Et
ideo [illegible]d eos q̃ docent verbo ꝛ exẽplo cõparat ſtel
lis ꝛ celo [illegible]icens. Qui docti fuerint erũt quaſi ſplẽdor
firmamẽti. ꝛ q̃ ad iuſticiã erudiunt multos/ quaſi ſtel/
le erũt in ppetuas eternitates. Eiuſdez.xij. ¶ Tertio
ſpecioſitas celi cõſiſtit in motu regulato. q2 celi mouen
tur regulate ꝛ vniformiter. ꝛ nunꝙ̃ mouent niſi ſm vo
luntatẽ ſui motoris ꝛ ſm legẽ eis impoſitã a ſuo crea/
tore. Iſte motus repitur in viris ſanctis q̃ omnes mo
tus ſuos interiores ꝛ exteriores. i. vires anime et cor/

poris habēt ſm beneplacitū ſui creatoris. Nā motus ordinatus eſt vt inferius ſubijciatur ſuperiori. ſed corpus eſt inferius aīa: ⁊ anima inferior deo. ideo viri ſci vt ſint ſpūales celi/ corpus ⁊ ſenſus ſubijciunt ſpiritui. Spiritū vero. i. oīes volūtates ⁊ cogitatōes cordis ſubijciūt deo. nā anima nō mouet᷑ locis corporalibꝰ ſed cogitatōibus ⁊ affectōibus. dicēte Auguſtino. Amor meus pondus meū: eo feror quo feror. Et ſicut idem Auguſtinus dicit. Verius ſum vbi amo ꝙ̄ vbi habito. Inſuꝑ ⁊ ordinatus motus eſt in corꝑe iuſtoꝝ. quia nō ꝑmittūt in corpore ſuo vel in ſenſibus corporis aliquē motum dn̄ari cōtra ſalutem aīe ſue. Ideo dicitur Geneſ. iiij. Sub te erit appetitus tuus.

## De Celis Sermo. xiiij.

Qui es in celis) Sancti viri dicuntur celi ſpūales. qꝛ habēt celoꝝ materialiū ꝓprietates. Nā primo celi ſunt ambitu capaciſſimi: intantū ꝙ nulla creatura pōt celoꝝ capacitatē cōprehendere niſi ſola dei ſapientia. Vn̄ de ſe ait. Girū celi circuiui ſola. Eccl'iaſtici. xxiiij. Similiter ſunt viri ſancti in corde capaciſſimi ꝑ dilectōem ⁊ verā charitatē. dicēte Dauid. Latū mandatū tuū nimis. ꝑs. cxviij. Nā charitas in eis dilatat cor ad amplectēdū ꝑ amorē oēs etiā inimicos. quibꝰ etiā ſubueniūt qn̄ vidēt neceſſitatē eorū: ſm mandatū chr̄i dicentis. Diligite inimicos vr̄os bn̄facite his q̇ vos oderīt ⁊ orate ꝓ ꝑſequētibꝰ vos Math. v. Luc. vi. Propterea apl's ait. Si eſurierit inimicꝰ tuus ciba illū: ſi ſitit potū da illi. h᷑ em̄ faciens carbones ignis ꝯgeres ſuꝑ caput eius. id eſt affectōes veri amoris facies venire in cor eiꝰ. ad Ro. xij. et Prouerb. xxv.

Hanc latitudinē charitatis oſtēdit chriſtus qñ in cru
ce ꝓ ſuis crucifixoribꝫ orauit dicēs. Pater ignoſce illis
qꝛ neſciūt q̄d faciunt. Math. xxvij. Luce. xxiij. ¶ Se
cūdo celi ſunt materia ſolidiſſimi. ⁊ hoc ptꝫ. qꝛ celū exi
ſtens in medio aquaꝝ nō pōt ab eis diſſolui: ꝓpter q̄ð
appellat̄ firmamentū. Geneſ. i. Fecit deus firmamētū
in medio aquaꝝ. Et dicit̄ ibi. Vocauitq; celū firma-
mentū. Quid eſt firmamentū in medio aquaꝝ niſi vir
iuſtus in medio tribulationū. qꝛ ſicut firmamentū per
aquas ſuꝑiores vel inferiores nō ꝑdit integritatē ſuā.
ſic vir iuſtus ꝓpter aquas tribulationū que veniūt a ſu
periori. i. a deo: vel ab inferiori. i. a diabolo: vel a pari.
id eſt a ꝓximo/ nō mutat iuſticiā ſuā. exēplo iob: qui cū
eēt ex oīm ꝑte tribulatiōe circūdatus/ in nullo fractus
fuit ꝑ iram vel impatientiā. Vñ Jacobi ꝑmo dr̄. q̄ pa
tientia ꝑfectū opus habet. i. cuiꝰ tribulatio ꝑ impatiē
tiam nō vincit̄ ꝑfectus eſſe probat̄. Sed vñ venit iſta
firmitas ſanctis viris: niſi ex verbis dn̄i que libenter
audiūt. ſm̄ illud ap̄li. Quecūq; ſcripta ſunt ad noſtrā
doctrinā ſcripta ſunt vt ꝑ patientiā ⁊ ꝯſolatōem ſcrip-
turaꝝ ſpem habeamus. ad Rom. xv. Vel ex gr̄a ſpiri
tuſſancti: que illū quē repleuerit ad oīa ſuſtinēda fortē
facit. dicēte ap̄lo. Omnia poſſum in eo qui me ꝯfortat.
ad Philip. iiij. Et iſta duo fortificantia hoīem ſanctū
intuēdo dauid: dicebat. Verbo dn̄i celi firmati ſunt
et ſp̄ū oris eius oīs virtus eoꝝ. p̄s. xxxij. Nā primo di
cit: verbo dn̄i. i. verbo ſcripture. vel verbo dn̄i. i. exem
plo chr̄i q̄ eſt verbū patris: celi firmati ſunt. i. ſancti for
tificati ſunt vt nō deficiant in cruciatibꝫ. qꝛ dū hō ꝯſi
derat que ꝑtulit verbū caro factū/ ⁊ premia que ponū
tur in ſcriptura ⁊ dantur patientibus: ipſe fortificatur.

Poſtea dicit(et ſpũ oris eius om̄is virtus eoꝝ)id eſt
nullã virtutẽ habent a ſemetipis. ſed recipiũt eã a ſpũ
ſancto ꝗ eſt ſpũs oris dñi.qꝛ ſicut flatus ꝓcedit ex ore
hoĩs/ſic ſpũſſanctꝰ datur a chr̃o qui eſt os dei patris.
ꝑ quod os deus pater ſuã voluntatẽ nobis aperuit.
¶ Tertio celi ſitu ſunt altiſſimi.qꝛ trãſcendũt oĩa ele/
menta ⁊ oĩa corporalia a nobis viſibilia. Silr ⁊ viri
ſancti ſunt in alto ſtatu ꝑ voluntatẽ et deſideriũ.qꝛ to/
ta eoꝝ cõuerſatio eſt in celo/potẽtes vtiqꝫ cũ aplo dice
re. Noſtra ꝯuerſatio in celis eſt.ad Philip.iij. Non in
celo ſidereo vl' criſtallino.ſed in celo empyreo vbi chri
ſtus regnat ⁊ viuit cũ ſanctis ſuis ⁊ angelicis ſpiritibꝫ
In illo celo eſt ſanctoꝝ cõuerſatio.i.cogitatões eoꝝ.lo
cutiones.affectões.⁊ operatões Hec em̄ quattuor im
portant ꝯuerſatõem.quia ꝑ om̄ia que cogitant deſide
rant dicũt ⁊ faciũt/nihil querũt niſi chriſti cõſortium.
et ſic intelligitꝰ dictũ apoſtoli ꝗ ait. Noſtra cõuerſatio
in celis eſt.ad Philip.iij. Nec mirũ ſi ſancti habitẽt in
celo ꝑ deſideriũ ⁊ amorẽ. Nã ad hoc inuitãt nos mul
ta. Primo cordis noſtri figura. Nã vt dicunt medici
cor inferius eſt acutũ ⁊ clauſum.ſuperius vero apertũ
et latũ.⁊ hoc voluit deus vt cognoſceret hõ ꝙ deſide/
rijs terrenis debet cor claudere ⁊ ad celũ eleuare.qꝛ vt
dicit dñs. In mũdo preſſurã habebitis/in me autẽ pa
cem. Johis.xvi. Et ad hoc monet nos ꝓpheta dicens.
Accedet hõ ad cor altũ et exaltabitꝰ deus.ps.lxiij. Id
eſt teneat cor in altũ vt exaltet ⁊ honoret deũ.ita vt nul
lũ alium ꝑmittat habitare in corde ſuo Secũdo corpo
ris humani figura vel ſtatura.qꝛ cum cetera animalia
habeãt caput ⁊ ſenſus corporis inclinatos ad terram:
ſolus homo habet faciẽ ad celum erectã vt cogitet ꝙ

ad deū rediturus eſt ⁊ in terra nō pōt diu manere: ſꝫ in
celo eſt ſua ꝑpetua manſio. dicēte aplo. Nō habemus
hic manentē ciuitatē ſed futurā inq̄rimus. i. quā amiſi
mus ꝑ pctā/ inq̄rimus ꝑ ſancta opa. Tertio rex natu
ra. qꝛ vt dicit Prouerb. xxv. Celū ſurſum ⁊ terra deoꝛ
ſum. Celū inter oīa viſibilia pulcerrimū et maximū
et virtuoſum ſtat ſurſum: vt ꝑ illius pulcritudinē/ ꝟtu
tem/ ⁊ magnitudinē: ꝯtemplemur creatoꝛis magnitu/
dinē virtutē ⁊ pulcritudinem. dicēte aplo. Inuiſibilia
dei a creatura mūdi ꝑ ea que facta ſunt intellecta ꝯſpi
ciunt. ad Rom. i. vt ex hac cognitōe deū diligamꝰ. Sꝫ
terra deoꝛſuꝫ eſt/ inter cetera elemēta minimū/ minus
ſpecioſum ⁊ minus ꝟtuoſum. qꝛ virtutē producēdi nō
habet a ſe ſed a ꝟtute coꝛpoꝝ celeſtiū. Inſup eſt tante
vilitatis q̄ oīm cadauerū eſt receptiuū ⁊ datū ſub pe/
dibꝰ hoīm ad ꝯculcandū. Et hoc fecit deus ne homo
in terra coꝛ ſuū poneret ſed eā cōtemneret: exēplo apli
dicētis. Oīa arbitratus ſum vt ſtercoꝛa vt xp̄m lu
crifaciā. ad Phil. iii. Quarto rō recta: q̄ dicit q̄ plus
appetēda ſunt bona vera q̄ꝫ falſa. eterna q̄ꝫ momētanea
ſatietatē cōferentia q̄ꝫ eſuriē prouocātia. Et certe talia
ſunt bona celeſtia q̄ vera ſunt. qꝛ faciūt habētes ea ve/
re beatos. ſunt eterna: qꝛ ex quo habent nō pñt amitti.
et ꝯferunt ſatietatē: qꝛ totū appetitū et deſideriū homi
nis ꝑficiunt. dicēte ꝓpheta. Satiaboꝛ cum apparuerit
gloꝛia tua. ps. xvi. Bona vero terrena ſunt falſa. qꝛ nō
reddūt quod ꝓmittūt. nā promittūt ſtabilitatē ⁊ rece/
dūt. nam dimittūt poſſeſſoꝛē ſuum nudum ⁊ pauperē.
Iuxta illud Job. i. Nudus egreſſus ſum de vtero ma
tris mee et nudus reuertar illuc. Promittūt ſatietatē
et dāt eſuriem. quia vt dicit Iuuenalis. Creſcit amoꝛ

nūmi quantū pecunia creſcit. Promittūt felicitatem ⁊ dant ſupplicū eternum. Vñ dicit Luce. xvi. Mortuus eſt diues ⁊ ſepultus eſt in inferno. Quinto ſcriptura ſacra. que per os filij dei clamat ⁊ dicit. Nolite thezaurizare vobis thezauros in terra vbi erugo ⁊ tinea demolitur ⁊ vbi fures effodiunt ⁊ furātur. ſed thezaurizate vobis thezauros in celo vbi nec erugo neqȝ tinea demolit̄: neqȝ fures effodiūt atqȝ furant̄. nam vbi eſt thezaurus tuus: ibi eſt ⁊ cor tuū. Math. vi. Quaſi diceret: thezaurus anime debȝ eſſe chriſtus. quia in eo ſunt oēs thezauri ſapientie. ad Coloſſeñ. ij. Et qꝛ iſte thezaurus eſt in celo: ideo cor noſtrum debet eſſe in celo. Ideo ſacerdos in miſſa dicit. Surſum corda. et populus reſpondet: habemꝰ ad dominū qui eſt thezaurus eccleſie militantis. de quo extrahūtur omnes indulgentie que virtutem habent a merito paſſionis chriſti. cuiꝰ thezauri claues habet paſtor eccl'ie. dicēte chriſto. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Math. xvi.

## De Nomine Sermo. xv.

Sanctificetur nomen tuū) Poſtq̄ȝ chriſtus docuit dei beniuolētiam ipſum laudando acquirere cū dixit. Pater noſter qui es in celis: nunc docet nos noſtram indigentiam oſtendere cum dicit. (Sanctificetur nomen tuum) vſqȝ ad finem. In qua pte ponunt̄ ſeptē petitōes breues in verbis: plixe vero in ſentētijs. Et in iſtis ſeptē petitōibus cōtinent̄ oīa nobis neceſſaria in pn̄ti vita ⁊ in futura. Quaꝝ pma petitio ē (Sanctificet̄ nomē tuū) In qua petitōe petimus viciū luxurie a nobis amoueri ⁊ virtutē caſtitatꝭ nob dari. ⁊ hoc cū petimꝰ nomē dei in nobis ſcificari.

Nomen chriſti portāt chriſtiani triplr̄.in corde per fi/
dem.in opere p ſalutē.ꝛ in ore p nomē. Iſtud nomē eſt
nomē ſancte trinitatis vel nomē chr̄i quoꝝ vtrūqꝫ por
tamus in cordibꝫ noſtris ꝛ impmimus in fronte ſignā
do nos ꝛ dicēdo cū inuocatōe ſcē trinitatis faciētes ſu
p nos ſignū chriſti pro nobis crucifixi dicēdo. In noīe
patris ꝛ filij ꝛ ſpūſſancti/amen. In his duobꝫ noībus
id eſt in noīe trinitatis ꝛ in noīe chr̄i cōſiſtit tota ſalus
generis humani. Vnū eſt nr̄e ſalutis cauſa effectiua.
aliud eſt cauſa meritoria.ſcʒ nomen chr̄i. Et tn̄ in noīe
chr̄i intelligit nomē trinitatis.qꝛ chr̄s interptatur vn/
ctus.nā ipſe eſt omi vnctōe ſpūali vnctus a deo patre.
Qn̄ ergo dr̄ chr̄s.i.vnctus:intelligit ille q̄ vnxit eū.ſcʒ
deus pater.ipe q̄ vnctus eſt ſcʒ filiꝰ.ꝛ vnctio p quā vn
ctus eſt ſcʒ ſpūſſanctus:q̄ vocat vnctio ab apl'o dicēte
Vnctio docebit vos de oībus.p̄.Ioh.ij. Iſtud nomē
portāt oēs chr̄iani.qꝛ a chr̄o vocant chr̄iani.ꝛ nihil ali
ud ſignificat q̄ꝫ ſerui ꝛ diſcipuli ꝛ filij dei. Sʒ iſtud no
men nō in ſe ſed in nobis polluit/vilificatur/ꝛ blaſphe
mat qn̄ immūde ꝛ incōtinenter viuimus. ſm qđ dicit
apl's. Nomē inq̄t dei p vos blaſphemat.ad Rom.ij.
Sanctificat ergo nomē iſtud ꝛ mūdat ꝛ honorat a no
bis qn̄ ab oībus immūdicijs cordis oris ꝛ opis abſti
nemus. Sʒ qꝛ nulla immundicia eſt vilior q̄ꝫ luxuria.
iō cū dicimꝰ (ſanctificet nomē tuū) petimus hoc viciū
luxurie a nobis tolli ꝛ virtutē ꝯtinētie nob̄ dari. Hoc
qđ dictū eſt ſufficiat p expoſitōe p̄me petitionis.

## De Salute   Sermo.xvj.

Sanctificet) In p̄ſenti ſermone pcedamus p mo
dum predicationis ꝛ videamus quale eſt iſtud

nomē trinitatis vel chꝛi. Si bñ conſidero/ iſtud nomē
eſt amabile chꝛiſtianis. quia ꝑ illud ↄſecuti ſunt viam
ſalutis: que clauſa eſt oībus alijs nationibꝰ. qm̄ nunq̄
fuit aliq̄s ſaluatus ab initio mundi/ nec in lege nature
nec in lege ſcripture/ nec in lege grē niſi ꝑ iſtud nomen
id ē fidem chꝛi. quia ſicut nos credimus chꝛm veniſſe
ad ſaluandū mundū. vt dicit btūs Thomas. 2ª. 2ᵉ. q.
ij. ita ipi credebāt ipm venturū/ vel explicite ſicut perfe
cti q̄bus deus reuelauerat: vł implicite ſicut imꝑfecti
qui ↄfitebant ipm ꝑ oblatōes ⁊ decimas ⁊ ſacrificia:
que fiebant de carnibꝰ pecudū. In ſacrificijs notabat
preciū noſtre redēptionis. i. caro noſtri redēptoris. In
oblatōibus ſignificabat modus redimendi qui fuit ꝑ
modū oblatōis q̄n chꝛs obtulit deo patri corpꝰ ⁊ anī
mā ſuā ſuꝑ altare crucis. In decimis vero demonſtra
bat virtus redimētis. i. deitas eius Nō em̄ potuiſſet ꝑ
illā oblatōem nos redimere ſi fuiſſet tm̄ homo purus
niſi fuiſſet verus deus Nā decē eſt numerus ꝑfectus.
quia eſt terminus oīm numerorū. Q̄n ergo offerimus
deo decimā ⁊ retinemus nouē partes: attribuimꝰ deo
qđ ꝑfectum eſt: ſignificātes ꝙ imꝑfectio eſt a nobis/ ⁊
om̄is ꝑfectio noſtra a deo. ⁊ ꝙ ipe eſt terminus ⁊ finis
et cōplementū oīm cogitationū/ locutionū/ ⁊ operatio
nū nrarū. ⁊ ꝙ ad ipm terminat oīs appetitꝰ rōnalis cre
ature. Et ꝙ ſaluant illi de veteri ⁊ de noua lege ꝑ iſtud
nomē ptz in euāgelio. in q̊ dr̄ ꝙ turbe q̄ precedebāt et
que ſequebantur clamabāt: oſanna filio dauid/ bñdi/
ctus q̇ venit in nomine dñi ⁊c. Math. xxi. Johis. xij.
Gloſa. illi q̇ precedebāt dicebāt oſanna. i. ꝑ alium non
poſſumus ſaluari. q2 tu es filius dei bñdictus. Bene
ergo eſt iſtud nomen amabile cū ſit cauſa ſalutis. Vñ

dicit Actuū.iiij. Nō eſt aliud nomen datū ſub celo in
quo oporteat nos ſaluos fieri niſi in nomine dñi ieſu.
Iſtud nomen inuocabat dauid qñ dicebat. Deus in
noīe tuo ſaluū me fac. ps.liij. Nā iſtud nomen ſaluat
nos trib9 modis. qm̄ p ipm pctā ꝯdonātur. tentatões
ſuperant. ꝛ tribulatões dulcorātur. ¶ Primo pctā cō
donant. qꝛ in hoc noīe accipiunt virtutē oīa ſacramē
ta: q̄ ſunt quedā lauacra ſpūalia nos ab oībus ſordib9
ſpūalibus lauātia. Propter qđ dicebat chˢ ſuis apo
ſtolis. Ite docete oēs gētes baptizātes eos in noīe
patris ꝛ filij ꝛ ſpūſſancti. q̄ crediderit ꝛ baptizat9 fue
rit/ſaluus erit. q̄ vero nō crediderit ꝯdemnabit. Mar
ci.xvi. Et ſicut eſt in baptiſmo: ita ꝛ in alijs ſacramen
tis. qꝛ oīa ꝯferūtur in noīe chriſti. Et iſta ſacramēta
ideo ſunt inſtituta/vt recipiētes ea in fide ꝛ deuotione
mundet a peccatis mortalib9 ꝛ venialibus: que quoti
die ꝯmittimus. dicēte ſcriptura. Septies in die cadit
iuſtus. Prouerb.xxiiij. Et ꝑpter hoc dauid qui multū
peccauerat homicidiū ꝛ adulteriū ꝯmittendo: in hoc
nomine ꝯfidebat qñ dicebat. Propter nomē tuū dñe
propiciaberis pctō meo: multū eſt eñ. ps.xxiiij. ¶ Se
cundo in hoc noīe tentatões ſuperantur. qꝛ homo pōt
faciliter tentatōem ſuperare ſi voluerit ad nomen dñi
toto corde recurrere. Vñ ſapiēs. Turris fortiſſima no
mē dñi eſt. Prouerb.xviij. In hac turri erant ſancti qñ
mundi/carnis/ꝛ diaboli tentatões vincebant. Nā dia
bolus hoīes mundi inducebat vt eos in viciū carnis
proſterneret. ſed illi ꝯfidentes in nomine dñi potius
volebant propriā carnē dare gladio ꝛ igni q̄ꝫ libidini.
ſicut patuit in ſanctis virginib9 agnete et alijs. et ideo
ſuperatis tentatōibus regratiabant nomini dñi dicē

tes. Confitebor tibi dñe rex ꝛ collaudabo te deũ ſal/
uatorẽ meum ꝯfitebor nomini tuo qm̃ adiutor et ꝓte
ctor factus es mihi ꝛ liberaſti corpus meũ a ꝑditione
Eccíaſtici vltimo. ¶ Tertio ꝑ iſtud nomẽ tribulatio
nes dulcorant. qꝛ nullus vir iuſtus poteſt pati tribula
tõem tam amarã que nõ vertatur in dulcedinẽ qñ per
fecto corde inuocat nomẽ chriſti. Exemplũ habemus
in ſanctis martyrib9. Nã paulus apl's plus gaudebat
de cathena q̃ȝ rex de corona. Petrus et andreas plus
gaudebant in crucis patibulo q̃ȝ homo valde feſſus
in lecto mundiſſimo. Unde legitur de ſancta agatha
ꝙ ibat ad carcerẽ acſi inuitaret ad nuptias. Et hoc ſo
lũ procedebat ex noĩe chriſti cuius tãta eſt dulcedo ꝙ
reddit hoĩem pugnãdo inſuperabilẽ. Hanc dulcedi/
nẽ ſitiens aĩa deuota dicebat in cãticis. Oleũ effuſum
nomẽ tuũ. Cantic. i. Nã oleũ valet ad illuminãda ob
ſcura. ad ſaporãda cibaria. ꝛ ad alleuianda ſiue lenien
da vulnera. Sic nomẽ domini in nocte tentatõis nos
illuminat. aſperitatẽ penitẽtie dulcorat. ꝛ tribulatões
patienter tolerare facit.

## ¶ De virtute nominis chriſti.

### ¶ Sermo. xvij.

Anctificet nomen tuũ) Iſtud nomẽ benedictũ
nõ tm̃ eſt amabile. ſed etiã admirabile/terribi/
le/ꝛ deſiderabile. ꝛ ſic habȝ quattuor virtutes
Sed qꝛ in p̄cedenti ſermone diximus de p̄mo: in iſto
dicemus de duobus aliis. Nam iſtud nomen eſt
¶ Primo admirabile paganis ꝛ iudeis. quia ipſi vi
derunt in nomine chriſti mirabilia fieri. vt ſunt expul
ſio demonum. ſanatio infirmantium ꝛc. que predixit

chriſtus dicēs aplis. In noīe meo demonia eijciēt. lin
guis loquent̄ nouis. ſerpētes tollent. ꝛ ſi mortiferum
qd biberint nō eis nocebit. ſup egros manus imponēt
et bn̄ habebunt Marci. xvi. De eiectōe demonū dixe
runt apl'i dn̄o. Dn̄e in nomine tuo demonia ſubijciun
tur nobis Luce. x. De linguis nouis exēplum habe-
mus in apl'is qui loquebant̄ varijs linguis magnalia
dei ꝓut ſpūſſanctus dabat eloqui illis Act. ij. Et ille
ſpūs erat eis miſſus in noīe chriſti: ſicut ipſe ꝓmiſerat
dicens. Cū venerit ſpūs veritatis quē pater mittet in
noīe meo ille vos docebit oīa et ſuggeret vobis oīa
et que vētura ſunt annūciabit vobis Joh. xvi. De eie
ctione ſerpētum habemus exēplum in vita beati Phi
lippi: q̇ in nomīe chr̄i fugauit ſerpentē abſconditū ſub
idolo q̇ multos interfecerat flatu ſuo Et in vita ſancti
Silueſtri. q̇ draconē filo ligauit. De potu habemus
exēplum in btō Johe apl'o ꝛ euangeliſta: q̇ bibit calicē
plenū veneno ꝛ nihil ei nocuit. qꝛ nomē dn̄i inuocauit.
nō ſic illis captiuis q̇ ex illo potu mortui fuerant. De
ſanatiōe infirmoꝝ patz in duob' apl'is petro ꝛ iohāne
aſcēdentib' in templū. nā petrus claudo elemoſynā pe
tenti dixit. In noīe ieſu ſurge ꝛ ambula. Act. iij. Et io
hānes viduā mortuam in nomine chr̄i ſuſcitauit. Iſta
mirabilia ꝓuidens dauid dixit. Dn̄e dn̄s noſter q̄ȝ ad
mirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. p̄s. viij.

¶ Secūdo eſt formidabile reprobis. i. diabolo ꝛ oīm
bus illis q̇ ꝑſecuti ſunt chriſtū. vt pagani q̇ detrahunt
chriſto. vt iudei ꝛ heretici. ꝛ qui male viuunt/ vt oēs
mali chriſtiani. Et quare formidant iſtud nomē: quia
veniet tēpus in quo chr̄s iuxta prophetā/ ponet inimi
cos ſuos ſub ſcabello pedū ſuoꝝ. p̄s. cix. Tunc ipi for

midabunt: qm̄ videbunt iudicē iratū ſupra ſe. infernū patentē ſub ſe. pctā accuſantia ante ſe. mundū ardentē retro ſe. ⁊ infinita demonia eos ad ſupplicīū trahentia circa ſe. tūc fugere erit impoſſibile ⁊ apparere intolerabile. Jdeo Job dicebat. Quis mihi hoc tribuat vt in inferno protegas me et abſcōdas me donec ptranſeat furor tuus. Job. xiiij. ¶ Tertio deſiderabile ꝑfectis. quia ꝑ iſtud nomē impetrāt quod a celeſti patre poſtulant: dicēte dn̄o. Quicq̄d petieritis patrē in noīe meo dabit vobis Luce. xi. Joh. xvi. Et ſi dicis. paulus petijt liberari a ſtimulo carnis. ij. Cor. xij. ⁊ multi multa petūt que impetrare nō poſſunt. Dico ꝙ petere in nomine ieſu/ eſt petere rem que poſſit homini ꝓdeſſe ad ſuā ſalutē. q᷑ ieſus interꝑ̄tatur ſalus ſiue ſaluator Luce. ij. Et quia multi petūt que nō ſunt cauſa ſalutis: vt eſt petere vindictā. bona tēporalia. altitudinē ſtatꝰ ⁊c̄. que ſunt cauſa ſuꝑbie ⁊ damnatōis. ideo nō accipiunt quod petūt. Paulus etiā quādo petebat ſtimulū carnis a ſe remoueri nō impetrauit. quia ille ſtimulꝰ erat ei cauſa humiliandi. ⁊ ꝑ humilitatem acq̇ritur ⁊ cōſeruaꝫ gratia dei. ⁊ ideo reſpōdit ei dominus. Sufficit tibi gratia mea. ij. Corinth. xij.

## De ſanctitate. Sermo. xviij.

Sanctificeꝫ nomen tuū) Mathei. vi. Luce. xi. In hac petitōe poſtulamus vt nos q̇ portamꝰ nomen chriſti ſimus ſancti. quā ſanctitatē habere poterimꝰ faciēdo illa que ↄtinenꝫ in expoſitiōe huius vocabuli ſanctus. nā ſcūs idem eſt qđ ſine tinctura. ſine terra. ⁊ ſanguine tinctus. ¶ Primo ſanctus idē eſt qđ ſine tinctura. ⁊ ſic efficimur ſancti ꝑ cordis ⁊ corꝑis

mundiciã:quã nõ poſſumus habere niſi auferamus a
nobis oẽm tincturã pctĩ mortalis. Nã pctm̃ dicit̃ tin/
ctura.qꝛ ſicut tinctura aufert pãno vel lane colorẽ natu
ralẽ:ſic pctm̃ tollit aĩe innocentiã baptiſmalẽ. Sed in
ter om̃ia pctã illud qȯ verius p̃t appellari tinctura eſt
luxuria.qꝛ ſicut tinctura totũ pannũ intus ⁊ extra pene
trat:ſic luxuria polluit totũ hoiem intus ⁊ extra. nã ip
ſa polluit cor ꝑ immundã cogitatõem/delectatõem/et
cõſenſum. Caput ꝑ variũ ornatũ. oculos ꝑ impudicũ
aſpectũ.aures ꝑ cantilenaꝝ ⁊ verboꝝ ſcurriliũ auditũ.
nares ꝑ adulterinos vnguẽtoꝝ odores.os ꝑ verba im
pudica ⁊ oſcula ⁊ ꝑ delicata fercula et cibaria ſuꝑflua
q̇bus nutrit̃ ⁊ incendit̃ luxuria.manus ꝑ tactus impu
dicos ⁊ ꝑ receptõem ⁊ datõem munerũ.pedes ꝑ inho
neſtũ inceſſum ⁊ laſciuũ calciamentũ ⁊ inquietũ diſcur
ſum. ⁊ poſtea totũ corpus ꝑ ꝯcubitus nepharios qui
bus diabolus ducit luxuriãtes ad damnatõem eternã
Et qꝛ totus mũdus tali tinctura eſt pollutus/clamat
propheta dicẽs Saluũ me fac dñe qm̃ defecit ſanctus
p̃s.xi. Id eſt pauci inueniunt̃ ſancti q̇ luxuria non ſint
tincti. ¶ Secũdo ſanctus idẽ eſt qȯ ſine terra. ⁊ ſic effi
cimur ſancti ꝑ terrenoꝝ vilipẽdentiã.qꝛ terrena cõtem
nẽdo ꝑuenit homo ad amorẽ dei q̇ ſanctificat. Unde
Greg⁹. Tanto q̇ſq; ab amore ſuꝑno diſiungit̃ quanto
inferi⁹ delectat̃. ⁊ ecõuerſo/q̃to q̇s ab amore terrenoꝝ
cor ſuũ eleuat ⁊ elõgat:tanto magis ad amorẽ dei ⁊ ce
leſtiũ appropinq̄t. Et qꝛ pauci hoc faciũt/clamat aq̇la
dicẽs. Ve ve ve habitantibꝫ in terra Apoc.viii. Ha/
bitatores terre ſunt q̇ amant terrena.quia dicit Augu
ſtinus Uerius ſum vbi amo q̃ vbi habito. Quibus
dicit̃ ve ve ve.qꝛ tripliciter ſunt in vita maledicti.acq̇/

rendo cū labore.cuſtodiēdo cū timore. ꝛ ꝑdendo cum dolore. In morte etiā dicit̃ eis ve ve ve. q2 deſerūt terrena que dilexerant.ꝑdunt celeſtia que contēpſerant. ꝛ intrant eterna ſupplicia que timuerant. ¶ Tertio ſanctus idē eſt qđ ſanguine tinctus. ꝛ ſic efficimur ſancti ꝑ dn̄ice paſſiōis memoriā. qn̄ ſcꝫ deuote recolimus ꝙ chriſtus fuit ſanguine tinctus q̇ erat ſanctus. ꝛ hoc nō tm̄ ſemel ſed ſex vicib9. Primo in circūciſione. ſcđo in ſudore. tertio in flagellatiōe. quarto in ſpinarꝫ corona/tōe. q̇nto in pedū ꝛ manuū tranſfixione. ſexto in lateris ꝑforatione. Et ſic fuit chr̄s ſcūs. i. ſanguine tinctus vt populū chriſtianū in ſanguine ſuo a pctīs ſanctificaret et mūdaret/ ꝛ nos ad ſilia pro chr̄o ſuſtinenda aīaret. Jđ apl's ait. Jeſus vt ſanctificaret p̄plm̄ ꝑ ſuū ſangui/nē extra portaꝫ paſſus eſt. eamus ḡ ad eū extra caſtra improperiū eius portātes. ad Heb. xiij. ſcꝫ in memo/ria: ꝛ ſi neceſſe fuerit in ꝑpria ꝑſona Taliter ſancti facti ſunt martyres. nā iſta eſt breuior via eūdi ad cōſortiū ſanctorꝫ. Vn̄ quidā ſcūs dicit. Ad vitā ſanctā ꝛ immaculatā breuis introit9 eſt baptiſmus. ꝛ breuis exit9 eſt martyriū. Quidā vero dicūt ꝙ ſcūs idē eſt qđ firmus ad oſtēdendū ꝙ nō ſufficiūt iſta tria. ꝙ ſcꝫ homo ſit ſi/ne peccato. ſine amore terreno. ꝛ cū memoria paſſiōis chriſti: niſi ſit firmus ꝑ finalem ꝑſeuerantiā. q2 nō qui incipit/ ſed qui ꝑſeuerauerit in ſupradictis ſanctus ſi/ue ſaluus erit. Math. x. et. xxiiij.

## ¶ De ſocietate ¶ Sermo. xix.

Sanctificetur) Inter alia q̄ inducūt nos ad ſan/ctitatē/ eſt ſanctus cetus. In ſocietate ſanctorū exiſtēs dꝫ ſe ꝯformare ſanctitati eorū. ſm̄ illud

p̄s. xvij. Cū ſancto ſcūs eris. In ſcō ergo cetu debꝫ hō
eſſe ſanctus. Sanctus aūt cetus eſt cetus chriſtianorū
quos chr̄s ſanctificauit in baptiſmo / ꝛ ſanctificat q̄ti/
die in penitētia ꝛ alijs ſacramentis ꝑ ſuū ſanguinē ſan
ctiſſimū: a quo oīa ſacramēta accipiunt virtutē ad ſan
ctificatōem ꝛ emundatōem pctōrum. Sanctior vero
eſt cetus clericoꝝ ꝛ ſacerdotū. q̇ ſpeciali ſanctificatiōe
ſunt ſcīficati ꝑ manus epoꝝ. vt miniſtrādo ſacramēta
(q̄ ſunt inſtrumēta noſtre ſanctificatōis) ſanctificēt ali
os. Sed ſanctiſſimus debꝫ eſſe cetus religioſoꝝ: q̇ ad
hoc ſunt electi ꝛ aſſumpti de ꝓplo vt nō recedāt de do
mo dn̄i die ac nocte. ſed ſancto ſcōꝝ ſeruiāt: vt dicit̄ de
anna ꝓphetiſſa Luc. ij. De oībus iſtis ait petrꝰ. Vos
eſtis genus electū regale ſacerdotiū/ gens ſcā/ ꝓpl̄s acq̄
ſitiōis vt virtutes annūcietis eius q̇ de tenebris vos
vocauit in admirabile lumē ſuū. p̆. Petri. ij. Oēs ergo
qui ſunt in cetu chriſtianorū debēt eſſe ſancti. q̇ ſunt in
cetu ſacerdotū ſanctiores. ſanctiſſimi vero q̇ ſunt in ce/
tu religioſoꝝ. Sed q̇ inter ſcōs nō ſunt ſancti/ nō ſtꝫ ho
mines ſed diaboli. Hoc pꝫ in p̄mo angelo lucifero ꝛ ſe
quacibꝫ ſuis q̇ inter angelos bonos ꝑ ſupbiam ſuā fu
erūt mali ꝛ de āgelis facti ſunt diaboli Eſa. xiiij. Hoc
idē patuit in iuda ꝓditore q̇ in cetu apl̄oꝝ fuit malus
et ꝓpter hoc de ipo dixit chriſtus. Nōne ego elegi vos
duodecim ꝛ vnus inter vos diabolus eſt Joh. vi. Ta
les aūt qui inter ſcōs ſunt mali: a p̄latis ſunt grauiter
corrigēdi. Si vero fuerint incorrigibiles: a cetu ſancto
rū ſunt eijciēdi. ¶ Primo vt erubeſcāt ꝛ ſalubriter cō
uertant̄. quia ſicut dicit ſapiēs. Eſt cōfuſio adducens
mortē. ꝛ eſt ꝯfuſio adducens grām ꝛ gloriā. Eccli. iiij.
De hoc habemꝰ exēplū in vita beati Gregorij de illo

monacho q̄ in mortꝫ articulo inuētus eſt habere tres
aureos abſcōditos:quo ſcito beatus Gregorius ꝓhi/
buit ne ab aliquo monachoꝝ.ſed a ſolo fratre ſuo ſecu
lari viſitaret᷑ ⁊ poſt mortē cū illis aureis in ſterq̄linio
ſepeliret᷑ clamātibus oībus monachis illud Actuum
viij. Pecunia tua ſit tecū in ꝑditionem.⁊ hoc multum
profuit.qꝛ oēs qui erāt in illo cetu/oīa etiā minima
que habebāt ſine licētia patri attulerūt ⁊ a vicio ꝓprie/
tatis cauerūt ¶ Scd̄o ne ꝑ eoꝝ exempla alij corrūpan
tur. De hoc habemus exēplum in ep̄la beati pauli.ꝓ.
ad Coꝝ.v.qn̄ ap̄ls illū fratrē qui fornicatus fuerat fe
cit ab alijs fratribꝫ ſeparari:ne alij poſſent eius exēplo
corrūpi:⁊ inter alios fideles ip̄m orare nō patit᷑.ne im
pura vox eius puras aliorū voces in auribꝫ dn̄i tanq̄
rana ſordidaret. Et qn̄o conuentus ille ſuas p̄ces deo
placere p̄ſumit/inter quas vel occulte vel publice ſimi
li reatu non iam vnus ſed multi fedant᷑: ¶ Tertio ne
propter pctm̄ maloꝝ deus ꝯtra bonos indignet᷑ ⁊ ira/
ſcat᷑.⁊ ne boni in eorū ſcelere inuoluant᷑. Sicut legitur
hiſtoria Joſue.vij.de Achar:q̄ de interdictis ſpolijs ci
uitatis yericho aliq̄d furatus eſt.ſcꝫ regulā aureā/pal/
liū coccineū/⁊ ducētos ciclos argenti. ⁊ ideo ſupꝑ oēm
iſrael talis ira dei fuit:vt cōtra hoſtes ſuos ſtare nulla
tenus poſſent/donec anathema retinens lapidaretur
Quid ſignificat yericho niſi mundū.nā iericho interp̄
tatur luna.qꝛ ſicut ſtatus lune eſt vertibilis ⁊ variabi/
lis:ſic mūdus inſtabilis eſt. Spolia yericho ſunt illa
triplex ꝯcupiſcētia de qua dꝛ Johis.ij. Omne quod eſt
in mūdo/aut eſt ꝯcupiſcentia carnis/aut ꝯcupiſcentia
oculoꝝ/aut ſupbia vite. Iſta ſpolia ſunt clauſtralibꝫ in
terdicta. Supbia vite eſt eis interdicta ꝑ votum obe/

dientie. ꝯcupiſcẽtia carnis ꝑ votũ caſtitatis. ⁊ cõcupi/
ſcentia oculoꝝ ꝑ votum paupꝑtatis. Sed heu multi
cũ achoꝛ furanť iſta tria. Supbi qui nolũt deponere ꝓ
pꝛiã voluntatẽ: furanť regulã aureã Sicut eñ auꝝ eſt
ſuꝑ oĩa metalla. ſic volũtas in regno aĩe eſt regina. ⁊
vocať regula ꝑ volũtatis arbitriũ quo regit hõ ſeipm
vel ad bonũ vel ad malũ. Jlle ergo furať regulã aureã
qui retinet voluntatẽ ꝓpꝛiam. Per mantellũ coccineũ
intelligiť cõcupiſcentia carnis. nã caro eſt palliũ aĩe. ⁊
coccineũ aſſimilať ſanguini in coloꝛe. ꝑ ſanguinẽ intel/
liguntꝛ pctã carnalia. ſc̃m illud. pſ. l. Libera me de ſan/
guinibꝫ. i. de peccatis carnalibꝫ. Hoc eſt palliũ qđ reli
quit ioſeph in manu dñe ſue. Geñ. xxxix. Jlli ergo pal/
liũ coccineũ furãtur q̄ vicio carnis fedanť Per ducen
tos vero cyclos argẽti intelligiť pecunia que põt poſſi
deri. Hec furanť qui in religione habẽt aliq̇d preter il
lud qđ a regula ꝯceditur vľ a p̄lato admittiť. Et hoc
quantũ ſit periculoſum, apparuit in anania ⁊ ſaphyꝛa
qui in ꝑmitiua eccľia abſcondentes partẽ de p̄cio agri
quẽ vẽdiderãt. ⁊ requirẽte beato petro ſunt mẽtiti: ſta
tim corã eo moꝛte ſubitanea ſunt perempti. Actuũ. v.
Ecce quõ multi in religiõe ſunt achoꝛ q̄ penis eternis
lapidabunť in inferno vbi erũt a ꝯſoꝛtio oĩm ſanctoꝝ
ſeparati. Tales multũ deberent timere. qꝛ ꝓpter pctm̃
achoꝛ tria milia de ꝓplo iſrael fuerũt victi ⁊ in fugã cõ
uerſi. triginta vero ⁊ ſex interfecti. ⁊ ideo Joſue ⁊ oẽs
ſenioꝛes iſrľ oꝛauerũt vſqꝫ ad veſperã corã archa dñi.
Tunc dixit dñs ioſue. Surge cur iaces in terra: pecca
uit iſrľ ⁊ preuaricatus eſt pactũ meũ, tulerũtqꝫ de ana
themate ⁊ furati ſunt. nõ ero vltra vobiſcũ donec cõte
ratis eũ qui huius ſceleris reus eſt. Per hoc ptꝫ q̄ illi

qui ſuſtinēt ⁊ palliant ⁊ defendūt facta maloꝝ: ⁊ ꝑlati
qui nō puniūt eos ſunt in ira dei.

## De ſanctitate Sermo .xx.

Sanctificetur) Math. vi. Luc. xi. Ad ſanctita-
tem non ſolum nos inducit ſcūs cetus: ſed etiā
ad eā tria alia nos inducūt. videlicꝫ ſcūs dn̄s.
ſcūs locus. ⁊ ſanctū tp̄s. ¶ Primo ſcūs dn̄s. nos em̄
ſumus ſerui illius dn̄i q̇ eſt tanta ſanctitate ſcūs ꝙ im-
poſſibile eſt ſanctitatē illius pollui aliqua labe. ⁊ nō eſt
ſolū ſcūs in ſe: imo eſt fons ⁊ origo totius ſanctitatis.
qꝛ ſanctitas oīm ſanctoꝝ ſumit initiū ⁊ ꝯplementū ab
ipo. ⁊ ideo appellatꝛ ſcūs ſanctoꝝ. qꝛ nullus p̄t ſanctifi-
cari niſi ꝑ ieſum chriſtū. Nā ſanctitas q̄ in lege veteri
ꝯferebatꝛ ꝑ legalia ſacramēta ⁊ ſacrificia: erat figura et
vmbra illius ſanctitatis q̄ ꝑ chriſtū ꝯfertur in lege no-
ua. ⁊ erat illa ſanctitas in corꝑe nō in aīa. ⁊ ideo veniē-
te iſta ceſſauit illa/ ſicut p̄dixerat iudeis ꝓpheta. Cū ve-
nerit ſanctus ſanctoꝝ ceſſabit vnctio veſtra Daniel. ix.
Quia ergo dn̄s eſt ſanctiſſimus: ideo vult ꝙ etiā ſer-
ui ſui q̇ portāt nomē eius. i. qui a chr̄o dicuntꝛ chriſtia-
ni ſint ſancti. dicēte Salomone. Scd̄m iudicē populi
ſic ⁊ miniſtri eiꝰ. Eccli. x. Ideo clamat ipe dn̄s ad po-
pulū chriſtianū. Sci eritis qꝛ ego ſcūs ſum Exo. xxij.
Et ſi oēs chriſtiani tenentꝛ eſſe ſci: multo magꝫ clerici ⁊
ſacerdotes q̇ ſcā hn̄t tangere. Vn̄ dn̄s ait ſacerdotibꝫ
q̇ accedūt ad altare. Scificentꝛ ne ꝑcutiā eos morte ſcꝫ
eterna Exod. xix. Et aliqn̄ ꝑcutit hōi in p̄nti vita: vt
pꝫ de oza: quē dn̄s ꝑcuſſit qꝛ tetigit archā q̄ nō erat ni-
ſi figura corꝑis chriſti. Et dicūt doctores ꝙ ideo ꝑcuſ-
ſus fuit qꝛ illa nocte iacuerat cū vxore ſua. ij. Regū. vi.

et.p̃. Paral.xiij. Quid ergo erit de illo q̃ celebrat poſt
q̃ eadẽ nocte dormiuit cũ meretrice vel vxore aliena:
¶ Scd̃o locus ſanct⁹. Ille dicit locus ſanctus in quo
deus colitur: vt erat antiq̃tus hierl̃m que appellat ciui
tas ſancta. Math.iiij. Spẽaliter locus ſcũs eſt eccl̃ia
cõſecrata ⁊ ad honorẽ dei dedicata. iuxta illd̃.p̃s.lxiiij.
Sanctũ eſt templũ dñi. Specialiſſime vero loc⁹ ſan/
ctus eſt religio: in quo cõgregant ſancti hoĩes ⁊ ſancte
mulieres in vna volũtate ⁊ loco vno deo ſeruiẽtes. cũ
q̃bus ſp̱ habitat p̱ grãm ſanctus ſanctoꝝ: ipo dicente.
Ubi duo vel tres ꝯgregati fuerint in noĩe meo: in me
dio eoꝝ ſum ego Math.xviij. Quia ergo ſumus in lo
co ſancto/faciamus qd̃ dixit dñs moyſi cũ appropinq̃/
ret rubo ardẽti ⁊ nõ cõbuſto. Solue inquit calciamen
ta de pedib⁹ tuis: locus eñ in quo ſtas terra ſancta eſt
Exodi.iij. Et dicit ibi q̄ nõ fuit auſus reſpicere cõtra
ignẽ. Per calciamẽta que fiũt de aĩalibus mortuis in
telligunt opera mortua.i.pctã mortalia. que ideo dicũ
tur opa mortua q̄z nõ fiũt in charitate: que eſt vita ani
me. dicẽte Auguſtino. Scio aĩa mea q̄ amor eſt vita
tua. Uel dicunt peccata mortalia opa mortua. q̄z tol/
lunt vitã gratie. ⁊ ſic aĩa moritur. nã ſicut corpus mori
tur recedẽte aĩa/ita aĩa moritur recedẽte dei gr̃a. Uel
dicunt opera mortua. q̄z p̱ducunt ad mortem gehẽne.
Iſta ergo opa debem⁹ ſoluere de pedib⁹ noſtris.i.de
cogitatõibus/affectionib⁹/ et opationib⁹ nr̃is. Nã iſti
ſunt pedes portãtes nos ad paradiſum vel ad infer/
num. Sed iſta calciamenta deponamus qñ ſumus in
loco ſancto ⁊ p̱gamus. Terra ſancta eſt altare/ in quo
eſt rubus chr̃i humanitatis plenus igne deitatis. ſed
illo igne deitatis rubus humanitatis nõ comburitur

quia ſꝑ caruit rubedine peccati. Qñ ergo accedimus
ad altare vbi eſt deus ⁊ hõ: deponamꝰ om̄ia pctã. Et
ſi moyſes nõ audebat reſpicere ignẽ qui nõ erat deus
ſed creatura de qua vox dei exibat: quãto magis non
deberẽt pſumere recipere coꝛpus chꝛi: in quo (vt dicit
apl's) habitat oĩs plenitudo deitatis Et ſi debẽt depo
nere pctã qñ intrant terrã ſanctã. i. eccl'iam: bene debe/
rent cauere ne committãt pctã in terra ſancta. qm̄ inter
om̄ia pctã a deo punita/ durius ſunt illa punita q̄ com
miſſa ſunt in locis ſanctis. Nã angeli peccãtes in loco
ſcõ. i. in celo empyreo/ fuerẽt inde expulſi/ in malicia ſua
obſtinati/ ⁊ miſerabiliter damnati. Eſaie. xiiij. Adã et
eua peccãtes in loco ſancto. i. in paradiſo terreſtri/ fue/
runt inde expulſi/ traditi miſerijs ⁊ laboꝛibꝫ huiꝰ mun
di/ ⁊ ꝑ quattuoꝛ milia annoꝝ fuerũt ꝓpter hoc in carce
re inferni collocati. Geneſ. iij. Caueamus ergo ab of
fenſa dei in loco ſcõ. nec credat aliquis ſcã loca pollu/
ens/ dñici coꝛpoꝛis ꝑceptione purgari. Vñ dñs per ꝓ
phetã ait. Dilectus meus in domo mea male opera/
tꝰ eſt: nunq̇d carnes ſancte mundabũt illũ: Hieremie
xi. q̄ſi diceret nõ. Nã iudas pctõ cõmiſſo accepit coꝛpꝰ
chꝛiſti ⁊ diabolus inuaſit eũ. Añ ꝑceptionẽ erat cũ do
mino ⁊ in apl'oꝝ cõſoꝛtio. poſt ꝑceptionẽ vero traditꝰ
fuit ſathane. ⁊ dimittẽs ꝯſoꝛtiũ ſanctoꝝ apl'oꝝ laqueo
ſe ſuſpẽdit. Act. i. ¶ Tertio ſanctũ tp̄s. Iſtud tẽpus
ſanctũ eſt tp̄s vite noſtre qđ dedit nobis deus/ vt per
verã penitentiã ⁊ alia bona opa ſanctificemus nos in
hac vita. Ad quod nos inuitat Zacharias pater ſan/
cti iohis baptiſte dicẽs. Seruiamus illi. i. chꝛo in ſan
ctitate ⁊ iuſticia oĩbus diebus nr̄is Luce. i. Specia/
liter vero tẽpus ſanctũ eſt tẽpus ieiunioꝛũ. nã ieiunia

ad hoc ſunt inſtituta vt in illis ꝑ cōfeſſionē et ꝑ alia bo
na opa ſanctificemus ⁊ p̄paremus nos ad celebrandū
digne feſta chr̄i ⁊ ſanctoꝝ: vt in illis feſtis ꝑ orōes ſan
ctoꝝ maiorē grām a deo impetremus Et ꝓpter hoc di
cit ꝓpheta. Sanctificate ieiuniū. Johel. i. Specialiſſi/
me aūt tp̄s ſanctū eſt tp̄s feſtiuū/in quo vitā ſanctoꝝ ⁊
gloriā ꝯemplari debemus. ꝓpter qd̄ dicit. Memento
vt diē ſabbati ſanctifices Exodi. xx. In lege veteri di
es ſabbati erat dies ſeptima. ſed in noua eſt dies feſti
ua que ab eccl'ia eſt ordinata vt cuſtodiat ⁊ ſanctificet
Nā ſabbatū interp̄tatur qes. ⁊ in die feſtiuo debēt ho
mines qeſcere corꝑaliter ⁊ ſpūaliter. corꝑaliter ab omi
opere manuali. ſpūaliter ab omi pctō mortali. ſed nul
lū iſtoꝝ fit. q2 in dieb9 feſtiuis laborāt q̄ꝫplures ⁊ plu/
ra ⁊ maiora ꝯmittunt pctā q̄ꝫ alijs dieb9. Tunc em̄ ta
berne plene ſunt potatorib9. ⁊ ꝓpter hoc feſta noſtra nō
ſunt ſanctificata/ſꝫ in odio ſcō ſanctoꝝ Vñ per ꝓphetā
ait dñs Kalēdas vr̄ās ⁊ neomenias odiuit aīa mea ⁊c̄
Eſaie. i. Notandū q̄ tpa ieiunioꝝ ⁊ vigilie ſcōꝝ repre
ſentāt ſtatū p̄ntis vite que deberet ēē in penitētia. dies
vero feſtiui rep̄ſentāt ſtatū vite future/que erit in ſum
ma ⁊ ꝑpetua leticia. Et p̄ponunt vigilie magnis feſti
uitatib9: ad deſignandū q̄ ſicut ad feſtū nō venim9 ni
ſi ꝑ vigiliā: ſic ad eternā felicitatē nō poſſumus ꝑueni/
re niſi ꝑ p̄ntis vite penitentiā. Penitentiā ergo agite ⁊
appropinquabit regnū celoꝝ. Math. iij. et. iiij. In quo
ſcꝫ regno celoꝝ ſancti manēt cū leticia ſempit̄na ⁊ ſan/
ctū ſcōꝝ vident cū iubilo. dicēte Job. xxxiij. Videbis
faciē eius cū iubilo. i. cū indicibili leticia. Volētes aūt
ſcire quid agere debeāt vt ſanctificent feſta/audiāt qd̄
cribit in libro Eſdre. Stetit eſdras ſuꝑ gradū ligneū

et legit in libro legis diſtincte et apte ad intelligēdum
Flebat aūt pplꝰs cū audiret ꝟba legis/ ꝛ dixit eis. Ite
comedite pinguia ꝛ bibite mulſum. ꝛ mittite ꝑtes eis
qui nō p̄parauerūt ſibi/ qꝛ ſcūs dies dñi eſt/ ꝛ nolite cō
triſtari. gaudiū eñ dñi eſt ꝛ fortitudo veſtra. Neemie.
viij. Mulſum eſt poculū ex melle ꝛ aqua cōfectū. Le/
uite aūt ſilentiū faciebāt om̄i pplꝰo dicētes. tacete qꝛ di
es ſcūs eſt ꝛ nolite dolere. Hic oſtendit quid agere de
beamus in die ſcō. Eſdras ꝗ ſtetit ſuꝑ gradū ligneū ꝛ
aperuit librū legis: ſignificat p̄dicatores ꝗ in diebꝫ fe/
ſtiuis in alto ſe debēt ponere ꝛ aperire libꝝ p̄dicando
populis libꝝ ſacre ſcripture. Uel eſdras ſuꝑ gradum
ligneū aperiēs libꝝ: p̄t eſſe chriſtus in cruce pendens.
qꝛ in eius paſſiōe manifeſte fuerūt ꝛ implete oēs ſcrip
ture. Legente eſdra in libro/ pplꝰs incepit flere. qꝛ ſacer
dote p̄dicante p̄cepta legis diuine ꝛ penas trāſgrediē
tiū: oēs deberēt ꝯpungi. qꝛ pauci ſunt qui ꝑfecte p̄cep/
ta legis dei adimplent. Sed ne aliq̄s deſperet de p̄ua
ricatōe legis: p̄dicator debet eos ꝯſolari ꝛ dicere. Ite
ſcꝫ ad deū/ ad quē nō itur greſſibꝫ pedū ſolū/ ſed bono
rū operꝝ. Et comedite pinguia. Pinguis cibus eſt ſer
mo dei ꝛ laus. quā pinguedinē deſiderabat propheta
cū dixit. Sicut adipe ꝛ pīguedine repleat᷑ anima mea
ꝛc. p̄s. lxij. Sicut eñ corpꝰ comedendo pingues mor
ſellos impinguat᷑. ſic anima deuota audiendo ſermo/
nes ꝛ cantus eccleſiaſticos delectatur et repletur. Et
bibite mulſum. id eſt dulce vinum. Dulcis cibus ꝛ po
tus eſt chriſti ſacramentū quod nobis p̄cipue in feſtis
proponit᷑ vt anima recipiēs illud ſp̄ūaliter ꝛ aliq̄n ſa/
cramētaliter reficiatur. Tunc aūt ſp̄ūaliter recipimus
q̄n credimꝰ ſub ſpecie panis eē corpus chr̄i. ꝛ ſub ſpē

vini eius ſanguinē: dicēte Auguſtino. Crede ⁊ mādu
caſti. Et mittite ꝑtes his q̄ non ꝓparauerunt ſibi. i. ea
q̄ audiſtis in ſermone narrate filijs ⁊ famulis veſtris
qui nō potuerūt ad ſermonē venire: ⁊ docete eos pater
noſter: ⁊ aue maria. ⁊ credo in deū/ qꝛ ſanctus dies dn̄i
eſt. i. dies ſcūs in quo nō licet vacare alicui rei niſi ſer/
uitio dei. Et nolite ꝯtriſtari. i. nolite rem facere ꝑ quā
veniatis ad eternā triſticiā. Gaudium em̄ dn̄i eſt forti
tudo veſtra. i. tunc venietis ad gaudiū dn̄i qḋ rep̄ſen/
tatur ꝑ diem feſtū: ſi vos in dieb⁹ feſtis eſtis fortes ad
bona op̄a facienda ⁊ ad fugiēda pctā. Leuite faciebāt
ſilentiū in tꝑlo. qꝛ clerici dum predicat̄ vel cantat̄ in ec
cleſia debēt ſedare populū ne murmurēt: ⁊ eſſe plus q̄ꝫ
alij intenti verbo ⁊ ſeruitio dei. Ecce q̇d in dieb⁹ feſti/
uis debet fieri a ſacerdote. a clericis. ⁊ a populo. Sed
heu quia ſacerdotes nō predicant/ de verbo dei nō cu
rant laici. ⁊ clerici qui deberent alijs ſilentiū imponere
ipſi plus in eccleſia clamant ⁊ minus q̄ꝫ laici de verbo
dei curant.

## De pauꝑtate vel de pauꝑib⁹. xxi.

ADueniat regnū tuū) Hec eſt ſecūda petitio: in
qua petimus viciū auaricie a nobis amoueri
et virtutē volūtarie pauꝑtatis dari. Auari em̄
nō curāt niſi de regno mūdi. qꝛ diuitias mūdi ꝓponūt
celeſti regno. Prius em̄ volūt celeſte regnum ꝑdere q̄ꝫ
in hoc mūdo diuitias nō habere. patꝫ qꝛ illicite acqui
runt/ immoderate diligūt/ ⁊ indiſcrete cuſtodiunt diū
petēs ꝑparatoriū receperit. Sic eſt de iſto pane q̄ eſt
medicina aīarum. qꝛ recipiēs ipm/ ſpūaliter ſe interfi/
cit ⁊ in periculo eterne mortis ponit: niſi prius debito
modo ſe ꝑparauerit. Interficit inquā ſe/ nō ꝓpter viciū
vel nocumentū qđ ſit in iſto pane. ſed ꝓpter negligentī
am vel defectū ꝑparatōis debite q̄ debuiſſet in recipiē
te ꝑus ꝑceſſiſſe. Ideo dicit apl's. Probet aūt ſeipſum
hō ⁊ ſic de pane illo edat ⁊c̄. ꝑ. Cor. xi. Probet. i. ꝑ ve
rā cōtritionē ⁊ ꝯfeſſionē/ ꝯſcientiā ⁊ vitā ſuā examinet
¶ Secūdo debemus cū vera fide accedere. Ut dicūt
doctores: quattuoꝛ reqͥruntur in hoc ſacramēto. ſ. ma/
teria. forma. ordo. ⁊ intētio Materia/ panis ⁊ vini. for
ma/ verboꝝ. ordo/ preſbyteratus. intētio/ ꝯſecrādi ſeu
cōficiendi. Debet ergo hō veraciter credere ꝙ exqͦ ſa/
cerdos in eccl'ia catholica eſt ordinatus ⁊ habet mate
riā a chriſto inſtitutā corā ſe. i. panē de frumēto ⁊ vinū
de vite. ⁊ dicit ſuꝑ panē ⁊ vinū verba a chr̄o ad hoc in
ſtituta. i. ſuꝑ panē (hoc eſt corpus meū ⁊c̄) ⁊ ſuꝑ calicē
vel ſuꝑ vinū (Hic eſt calix ſanguinis mei noui ⁊ eterni
teſtamēti ⁊c̄.) cū intentōe faciēdi qđ facit eccl'ia: debet
credere ſub ſpecie panis eē corpus chr̄i. ⁊ ſub ſpecie vi
ni eius ſangninē ꝑ conſecratōem. Sed cur in miſſa di/
cunť alia verba ſi ꝑ illa verba ſola ꝯſecratur corpus ⁊
ſanguis chr̄i: Ad hoc diciť ꝙ alia ſunt addita, ꝑ ſolēni
tate ⁊ ſacramēti reuerētia. q̄ ſi ſacerdos ſciēter obmit/
teret/ mortaliter peccaret. qꝛ contra ſtatutū ⁊ ꝯſuetudī
nē eccl'ie faceret. Quis ergo alia. ſ. introitus. orōnes.
epl'a. euangeliū: ⁊ alia multa nō ſint de neceſſitate factī

id eſt ſacramēti:ſunt tñ de neceſſitate facientis.i. ſacer
dotis. ¶ Tertio cū intellectu reſpicere et meditari de
bemus q̄uo virtute diuina tota ſubſtātia panis cōuer
ſa eſt in ſubſtantiā coꝛpis.⁊ tota ſubſtantia vini in ſub
ſtantiā ſanguinis chr̄i.⁊ ꝙ nihil remāſit de pane ⁊vino
niſi coloꝛ odoꝛ ſapoꝛ ⁊ figura exterioꝛ. ⁊ hoc tribus de
cauſis. Pꝛima.qꝛ ſi ch̄s ſe oſtēderet nobis ibi ſicut ē:
ita ꝙ oculis coꝛpis videremus/recipere nō auderemꝰ
Scd̄a.qꝛ recipiēdo ab infidelibꝫ irrideremur. Tertia
qꝛ meritū fidei ꝑderemus. Nā fides eſt de inuiſibili/
bus nō de viſibilibꝫ.⁊ ideo ſi videremus eū oculo coꝛ
poꝛeo/nihil mereremur in credēdo. Vñ Gregoriꝰ ait
Fides nō habet meritū vbi humana rō pꝛebet experi
mentū. Nec opoꝛtet querere rōem q̄uo hoc eſſe poſſit
ſed hec ſola rō nobis ſufficit.ſ. ꝙ ch̄s eſt verax ⁊ oīpo
tens. Quia ergo verax eſt ⁊ mētiri nō pōt (vt dicit ad
Hebꝛeos.vi.)credimus ꝙ qñ panē accepit et dedit di
ſcipulis ſuis dicēs. Accipite ⁊ comedite hoc ē coꝛpus
meū:aut mētitus eſt/aut coꝛpus ſuū ibi erat.ꝫ mentiri
nō poterat:ergo coꝛpus ſuū ibi erat ⁊c. Quia oīpotēs
erat:ſicut de nihilo potuit creare totū mundū/ita po/
tuit ⁊ pōt panē ⁊ vinū mutare in coꝛpus ⁊ ſanguinem
ſuū. Poſtq̄ȝ ille q̄ verax eſt ⁊ oīpotens ꝯſecrauit coꝛpꝰ
ſuū:ꝑcepit apl̄is quoꝝ locū tenēt ep̄i:⁊ diſcipulis ſuis
quoꝝ locū tenēt p̄ſbyteri/vt hec facerēt in ſui ꝯmemo/
ratōem. Luce.xxij. p̄. Coꝛinth.xi.ergo fuit expediens
vt eandem virtutem daret verbis illis in oꝛe omnium
ſacerdotū quam dedit eis in oꝛe ſuo. aliter precepiſſet
eis mentiri.quod nō poteſt eſſe.quia ip̄e nec poteſt fal
lere nec falli. Nullo ergo modo in noſtro intellectu de
bet eſſe erroꝛ dubietatis.

ne ſpūali maior eſt virtus cibi q̄ȝ cibati. ideo efficitur
eccleſie mēbꝝ. Et ſicut in comeſtione corꝑali fit incor/
poratio ꝟtute caloris naturalis: ita in hac comeſtione
ſpūali fit ſpūalis incorꝑatio ꝟtute veri amoris q̇ eſt q̇
dam calor ſpūalis vniens amantē cū amato. ſm qd̄ dr̄
p̄. Corꝫ. vi. Qui adheret deo ſcȝ p̱ amorē: vnus ſpūs
eſt cū ipo. Et Hugo de ſcō vic. dicebat. Scio aīa mea
ſi q̇d diligis: ipa vi dilectōis in eius ſilitudinē trāſfor/
maris. Iſtud ergo ſacramentū cū dilectōe recipiamus
ſi volumus vnū effici cū chr̄o. i. vniri cū mēbris chriſti
et eē in corꝑe ſuo myſtico mēbꝝ. qd̄ ſcȝ corpus ē eccl̄ia
In cuius figura iſtud ſacramentū in ſpecie panis ⁊ vi
ni fuit inſtitutū. q2 ſicut ex multis granis fit vnꝰ panis
et ex multis racemis vinū cōfluit. ſic vnū corpus chr̄i
myſticū fit ex multis mēbris. i. chriſtifidelibus in vno
corpore ſcȝ eccl̄ia coniūctis vinculo charitatis.

## De Comeſtione Sermo. xxxiij.

Panē noſtrū quotidianū da nobis hodie) Ma
thei. vi. Luc. xi. Primus cibus hoī datꝰ poſt
culpā fuit panis. dicēte dn̄o p̄mo hoī. In ſudo
re vultus tui veſceris pane tuo. Gen. iij. In figura q̄
p̄ncipalior cibus ſpūalis eſt panis eucharistie: quē ali/
qui comedūt tm̄ ſacramētaliter. aliq̇ tm̄ ſpūaliter. aliq̇
vero ⁊ ſacramētaliter ⁊ ſpūaliter. ¶ Prima comeſtio
eſt tm̄ ſacramētalis. ⁊ hec ē illoꝝ q̇ cū mortali pc̄tō ac/
cedūt ad cōmunionē. Nā iſti recipiunt tm̄ ſacramentū
ſed nō virtutē ſacramenti que eſt incorꝑatio in myſtico
corꝑe xp̄i. Nā ſicut digne recipiētes incorꝑantur ⁊ effi
ciunt mēbra chr̄i. ita indigne ſumētes nō incorꝑantur
in corꝑe chr̄i ſed in corꝑe diaboli ⁊ efficiunt mēbra dia

boli. Qui incorpant̃ chr̃o/ſunt vniti cũ chr̃o. q̇ aũt non
incorpantur/ nõ vniunt̃ ſed elongant̃ a chr̃o. qͦd ptz in
apl̃is ꝛ iuda ꝓditore. Apl̃i digne ſumẽtes ſteterunt cũ
chr̃o. iudas aũt q̇ indigne ſumpſit/ elongauit ſe a chr̃o
☞ Legitur de quodã ſacerdote q̇ tm̃ ſacramẽtaliter
ſumpſit corpus chr̃i. q̇ nõ agens de hoc penitentiã. ſed
poſtq̃ ſtetit in nocte natiuitatis dñice cũ meretrice: p̃/
ſumpſit celebrare. Facta eleuatõe/ colũba ipo vidente
deſcendens totũ ebibit qͦd erat in calice. poſtea roſtro
tulit hoſtiã ꝛ diſparuit. Ille v̾o territus q̇d faceret ig/
norauit. ſed tñ ꝓpter ſcandalũ ꝑpl̃i vitandũ compleuit
miſſam. ꝫ qͦd cõicaret non habuit. hoc etiã ei accidit in
duabꝫ alijs miſſis. Tandẽ ↄpunctus: ↄfeſſus eſt cui/
dã abbati ciſtertienſi. q̇ volens ꝓbare virtutẽ ↄtritõis
eius: iniũxit ei penitentiã ꝙ celebraret. q̇ celebrante ve
nit colũba reportans tres hoſtias: ꝛ cũ roſtro totũ qͦd
extraxit de calice in tribꝫ vicibus: repoſuit. Ille ↄpleta
miſſa redijt ad abbatẽ petens habitũ religiõis. ſed de
mãdato abbatis iuit ad ſepulchꝝ ſanctũ ꝛ ibi tribꝫ an
nis penitentiã egit. poſtea rediẽs habitũ recepit ꝛ vi/
tã ſuã ſancte finiuit. ¶ Scd̃a comeſtio eſt tm̃ ſpũalis.
vt cũ quis audit miſſam cũ fide/ deuotõe/ ꝛ charitate.
nã ille licet non recipiat ſacramentũ ꝑ cõmunionẽ: reci
pit tñ virtutẽ ꝛ grãm ſacramẽti. ꝛ melius eſt audire cũ
charitate q̃ celebrare cũ immũdicia. qꝛ audiẽs cũ pu/
ritate incorpatur. ꝫ celebrãs cũ immũdicia nõ incorpa
tur. ☞ Vñ legit̃ de quadã virgine ſcitate p̃cipua et
bñ lr̃ata: que dũ ſacerdotẽ ſuũ ꝑpl̃o p̃dicantẽ audiſſet:
qͦdã verbũ ↄtra fidẽ catholicã idẽ ſacerdos ꝑ ignorã
tiam dixit. ꝛ ꝑpendit ꝙ virgo ex illo v̾bo ſcandalizata
fuit. ꝫ pre verecũdia ſe nõ emẽdauit. Qui rediẽs ad al

tare:dixit. Orate ꝑ me pctōre fratres. At illa in corde
ſuo rn̄dit. O mundiſſime deus in q̄z polluto vaſe reci
piet h̄ blaſphemus corpꝰ tuū hodie. Et cū poſt agnus
dei ſacerdos vellet corpus chr̄i ſumere:angelꝰ dei acci
piēs corpus cū ſanguine ꝟgini tradidit ad recipiendū
reuerent̄. Sacerdos ꝟo ꝯfuſus finita miſſa ſolo ꝓſtra
tꝰ corā altari cū lachrymis iacebat. quē virgo accedēs
de errore ꝑdicato ipm corripuit ⁊ de corpe chr̄i ablato
ab angelo ⁊ a ſe accepto ſecurū reddidit. Ex q̊ patz ꝙ
q̇ miſſe aſtat qn̄qꝫ ſe plus chr̄o incorporat q̄z celebrās
¶ Tertia comeſtio eſt ſacramētalis ⁊ ſpūalis. vt cum
q̇s mūde ⁊ digne recipit corpus chr̄i. talis eſt in nume
ro filioꝝ dei q̇bus pater celeſtis dat ſuū panē in cibū.
ſcꝫ filiū cū dicūt Panē noſtꝝ q̊tidianū da nobis hodie
id eſt in pn̄ti vita. Propterea chr̄s dixit. Nō eſt bonū
ſumere panē filioꝝ ⁊ mittere canibꝫ ad mādUcandum
Math. xv. Marci. vij. Canes de natura ſua ſunt ſup
bi. iracūdi. immūdi. ⁊ inuicē ſe mordētes. ⁊ q̇ talem ha
bēt naturā nō debēt iſtū panē recipere. Per canesītel
ligūtur ꝑdones ⁊ feneratores ad modū canū ſudorē ⁊
ſanguinē paupeꝝ lingētes. quoꝝ nō eſt panis euchari
ſtie/ſꝫ filioꝝ. i. bonoꝝ chriſtianoꝝ deū diligentiū ⁊ timē
tiū ac eius p̄cepta cuſtodientiū. Nā charitas eſt ſigna
culū ſpūale ſiue etiā ſpeciale diſtinguēs inter filios dei
et filios diaboli. Sicut em̄ bonus filius amat patrē ⁊
matrē/fratres ac ſorores:ſic bonus chriſtianꝰ amat de
um ⁊ ꝓximū. Uel filij ſunt boni religioſi chr̄i vitā imi
tātes. qꝛ ſcḋm beatū Ambroſiū Quiꝰ opa imitaris eius
filius ꝯprobaris. Tota aūt vita chr̄i fuit in paupꝑtate
caſtitate ⁊ obediētia:q̄ ſunt tria vota religioſoꝝ in qui
bus ipi debēt viuere. Taliū ergo filiorū eſt panis iſte.



quia ipi ſpiritualiter ꝛ ſacramẽtaliter comedũt/ ꝛ ſine periculo anime dicere poſſunt (Panem noſtrũ) qꝛ nobis cõuenit/ nõ canibus (da nobis hodie)

## De Gloria Sermo.xxxiiij.

PAnẽ noſtrũ quotidianũ da nobis hodie) Mathei.vi. Luce.xi. Poſtq̃ dictũ eſt de pane nature/ ſcripture/ ꝛ euchariſtie: in p̃ſenti ſermone dicamus de pane glorie. q̇ eſt idẽ qḋ panis euchariſtie qꝛ ille dñs q̇ recipit in panc euchatiſtie: recipit ꝑ pane in gloria In cuius figura dꝛ. p̃s.lxxvij. Panẽ angelorũ mãducauit hõ. Sed multe differentie ſunt. qm̃ panis euchariſtie recipit a diſpoſitis ꝛ indiſpoſitis. panẽ euchariſtie aliq̇ recipiunt ad ſalutẽ/ aliq̇ ad damnatõem. Ille vero tm̃ recipitur ad ſalutẽ. Panis euchariſtie recipit tẽporaliter. glorie vero eternaliter. Cum pane euchariſtie indigem⁹ etiã pane corporeo. cũ illo aũt nullo alio indigemus nutrimẽto. Et hic panis ſcꝫ glorie habet tres cõditiones mirabiles. Nam ipe eſt ſine defectu ſatiãs. ſine faſtidio delectãs. ꝛ ſine fine viuificãs

¶ Primo panis glorie eſt ſine defectu ſatians. qꝛ qui hunc panem in celo comedit/ nihil ſibi vlterius deficit Nam in deguſtatione huius panis ꝑ manifeſtũ intuitum cõpletur om̃e deſiderium angelorũ ꝛ hominum. Et ideo dicitur Luce.xiiij. Beatus qui manducabit panem in regno celorũ. Beat⁹ erit. quia om̃ia deſiderabilia ſimul habebit. et ideo ſine defectu ſatiabit. qꝛ nihil ſibi deficiet ꝛ om̃e deſiderium ſuũ implebit. Habebit em̃ vnũ bonũ qḋ merito vocatur om̃e bonũ. alˀs in ſtatu beatitudinis non eſſet. quia vt dicit Boetius in de conſolatiõe philoſophie. proſa ſecũda libri tertij.

# ¶ Sermões ſup Pater noſter

Beatitudo ē ſtatus oīm bonoꝝ aggregatōe pfectus.
Q2diu em̄ aīa deſiderat aliq̇d qd̓ habere nō pōt: non
beata ꝫ miſera eſt. Et ideo beatitudo quā ponūt aliq̇
in diuitijs/delicijs/ꝛ honoribꝫ eſt falſa. dicente Eſaia
Popule meus q̇ beatū te dicūt: ipſi te decipiūt. Eiuſ/
dē. iij. q2 talis beatitudo eſt trāſitoria. Sꝫ beatitudo
q̄ eſt de deo ꝛ in deo eſt pmanēs ꝛ vera. dicēte ꝓpheta.
Beatus cuiꝰ deus iacob adiutor eius. p̄s. cxlv. Qui
poſſidet deū iacob ille eſt vere btūs. ¶ Secūdo panis
glīe eſt ſine faſtidio delectās. In cibis corpalibꝫ appe/
titus parit cruciatū ſi nō habenť. poſtq̄ꝫ vero habētur
ſatietas parit faſtidiū. teſte Boetio in de ꝯſolā. phie. p
ſa. vij. libri tertij. vbi dicit. Quid aūt de corpis volup
tatibꝫ loquar: quaꝝ appetitus plenus eſt anxietatis. ſa
tietas ꝟo penitētie ꝛc̄. Sed panis glorie āplius ꝓuo/
cat appetitū. ꝓpter qd̓ ipe panis de ſe ait. Qui edūt me
adhuc eſuriēt. ꝛ q̇ bibūt me adhuc ſitient. Eccli. xxiiij.
Eſuriēt inquā ac ſitient: nō defectu ꝫ affectu. ꝛ ideo pa
nis iſte eſt ſine faſtidio delectās. figuratus in illo man
na qd̓ dn̄s dedit ꝑplo ſuo in deſerto. de q̊ dicit in libro
ſapientie. Angeloꝝ eſca nutriuiſti ꝑplm tuū: ꝛ panē de
celo p̄ſtitiſti eis ſine labore oē delectamentū in ſe habē
tem ꝛ oīs ſaporis ſuauitatē. Sapientie. xvi. Quia dū
mān̄a erat in ore ꝑpli iſrael ſentiebat q̇libet saporē cibi
quē volebat. Silr̄ et in pane celeſti inuenit oīs ſapor.
q2 quicq̇d illic hō deſiderabit/guſtabit p effectū cū de
lectatiōe. ¶ Tertio panis glīe eſt ſine fine viuificans
poſt mortē. qd̓ nō inuenit in alio cibo. nā omīs alius ci
bus quantūcūqꝫ ſatiet ꝛ delectet: imortalitatē tn̄ dare
nō p̄t. ꝓpter qd̓ dn̄s dicebat iudeis. Patres vrī mādu
cauerūt mān̄a in deſerto ꝛ mortui ſunt. qui manducat

hunc panē viuet in eternū. Joh.vi. Hoc debemus in/
telligere de illo q̇ manducat hūc panē in regno celorū.
qm̄ talis vltra mori nō poteſt. Et ideo panis iſte figu
ratus fuit in ligno vite poſito in medio paradiſi terre/
ſtris.qḋ hanc virtutē habet ꝙ comedēti ꝓlongat ⁊ ꝑ/
petuat vitā corꝑalem.ſicut patz in Enoch ⁊ helya Ge
neſ.ij. Sic panis glīe ſcz chr̄s aīas et corꝑa eternaliter
viuificabit in paradiſo celeſti. Et ideo dicit Salomō
Fructus iuſti lignū vite. Prouerb.xi. Et ꝙ he ꝯditio
nes ſint in pane celeſti ⁊ glīe/aliq̄liter ꝑt oſtendi ꝑ tale
exemplū. ☞ In quadā abbatia (q̄ erat in medio ne/
moris) fuit quidā monachus q̇ multo tꝑe rogauit de
uz vt daret ei ſentire aliq̇d de dulcedine patrie celeſtis
Et cū quadā vice poſt matutinas diceret ſuas orōes
in clauſtro:audiuit ſuꝑ quandā arborē auiculā cantan
tē dulciſſime/⁊ paulatim ſe elongantē ⁊ ad nemus ten
dentē.quā ſecutus eſt donec auicula ſtaret ſuꝑ quādā
arborē.⁊ iṗe ſtetit ꝓpe ipſam donec auicula cantū ſuū
dimiſit ⁊ receſſit. Tūc ipſe audiuit ad primas pulſarē
in abbatia ⁊ rediijt. Sed cū ingredi putaret ꝑ poſticū
vnde exierat:inuenit muratum. Et circuiēs ac veniēs
ad primā portā/nō cognouit aliquē in abbatia nec cog
nitus eſt ab aliq̇. Et cū quereret quis eſſet.rn̄dit ſe eē
monachū eiuſdē abbatie ⁊ poſt matutinas exiſſe/⁊ au
dito cimbalo ṗme ſtatim rediſſe.ſʒ ⁊ ꝙ poſticū ꝑ quod
exierat muratū inuenerat/ ⁊ ꝙ videbat ſibi tota abba
tia mutata eſſe. Et cū quereret quis abbas fuiſſet qn̄
exierat/noīauit eū. Tunc recurrētes ad chronicā/ inue
nerūt ꝙ centū annis in cantu illi⁹ auicule fuit intentus
et raptus Qḋ nō eſt dubiū vnū angelū fuiſſe in ſpecie
tali miſſum ad implendū illius monachi deſiderium.

Si ergo auditus vocis angelice tantū potuit illū mo/
nachū reficere vt ꝑ centū annos nō indigeret alia refe/
ctiōe: quid faciet guſtꝰ panis celeſtis. i. chr̄i veri hōis
et dei. Hunc panē poſtulamus cū dicimus (Panē no
ſtꝝ quotidianū da nobis hodie). i. o pater da nobis fi
liū per deitatē. ſed (noſtrū) ꝑ humanitatē qui eſt panis
glorie (da nobis) filijs tuis a te ꝑ grām adoptatis et
ad gloriā tuā predeſtinatis (hodie). i. in tua eternitate
in q̄ nō eſt niſi hodie. i. dies eterna ⁊ lux ꝯtinua ſine no
ctis tenebroſitate. in q̄ nō eſt heri neqꝫ cras: ſꝫ ſꝑ hodie
qm̄ in eternitate nō eſt p̄teritū neqꝫ futuꝝ. ſed oīa ſunt
ibi p̄ſentia. Et ſic accipit̄ hodie in pſalmo. ij. qn̄ pater
dixit filio. Ego hodie genui te. i. ab eterno. Hodie em̄
dicit vt illa gn̄atio credat̄ ſemper pn̄s ⁊ nunqꝫ p̄terita
vel futura. Et genui dicit/ non gigno: ne credat̄ gn̄atio
impfecta. Da) ẜ o pater (hodie). i. in et̄nitate (panē no
ſtrū). i. teip̄m (q̊tidianū). i. quē q̊tidie deſideramꝰ/ ad
quem q̊tidie bonoꝝ opeꝝ greſſibꝫ nitimur ꝑuenire.

## De Iniurijs Sermo. xxxv.

Et dimitte nobis debita nr̄a ſicut ⁊ nos dimit
timus debitoribꝫ nr̄is) Math. vi. In iſta quin
ta petitōe poſtulamus amoueri a nobis viciū
ire/ ⁊ dari nobis virtutē patiētie. qꝛ peccātibꝫ in nobis
dimittere nō poterimus niſi auferat̄ a nobis viciū ire
et det̄ ꝟtus patiētie. Qui em̄ in ꝯtumelijs vel iniurijs
ſibi illatis nō hꝫ patiētiā/ ſꝫ portat in corde ſuo rancorē
⁊ irā deſiderādo vindictā: non dimittit ſuo debitori. ⁊
dn̄s nullū debitū. i. pctm̄ dimittet ei. dicēte dn̄o in euā
gelio. Si nō dimiſeritis hoībꝫ pctā eoꝝ: nec pr̄ vr̄ cele
ſtis dimittet vob̄ debita veſtra. Math. vi. Dimitta/

mus ergo.i.parcamus illis q̄ iniuriā nobis fecerūt. et
hoc ꝓpter debitū.meritū.ꝛ exemplū. ¶Primo ꝓpter
debitū. Nam q̄libet nr̄m hꝫ cū deo multa debita que
ſunt grauia.qꝛ in multis offendimus oēs. Jacobi.iij.
Et pctā que reputamus leuia/corā deo ſunt valde pō
deroſa.qꝛ tāta eſt offenſa q̄ntus eſt ille q̄ offendit.i.de/
us q̄ eſt infinitus. Et ꝓpter hoc pctā nr̄a ꝯparant are/
ne maris q̄ eſt innumeroſa ꝛ pōderoſa. Vn̄ manaſſes
in orōne ſua dixit. Multiplicata ſunt pctā mea ſup nu
meꝝ arene maris et nō ſum dignus videre altitudinē
celi pre multitudine iniq̄tatis mee.ij. Paral.vlt. Pctā
ꝓo q̄ hō ꝯmiſit in ꝓximū/ſunt pauca ꝛ leuia reſpectiue
Qui ḡ nō vult dimittere ꝓximo ſuo ꝓpter deū paucio
ra ꝛ leuiora:non ſperet ſibi a deo dimitti pl'a ꝛ ḡuiora
Math.vi. Si nō dimiſeritis hoībus ꝛc. ¶Scdo ꝓp
ter meritū. Dimittere em̄ iniurias magni meriti eſt.qꝛ
veniā impetrat de ꝓꝓriis pctis. ſed illa dimiſſio dꝫ eſſe
nō ex timore ſꝫ ex amore diuino. ꝛ inimicū ꝓpter deū et
amicū in deo ſp̄ diligere debemus. Vn̄ Aug⁹. Ad di
lectōem inimicoꝝ vos āmoneo:qꝛ ad ſanādum pctōꝝ
vulnera nullū medicamentū vtilius eſſe cognoſco. Di
mittite ḡ ꝛ dimittet̄ vobis. Luce.vi. Nec dicat aliq̄s
nolo inimicis ꝑcere/qꝛ pctm̄ nō habeo vt ſit op⁹ ideo
dimittere vt mihi dimittat̄. qꝛ vt dicit̄ Job.xxv. Ne/
mo mūdus a ſorde: nec infans vnius diei cuius eſt vi
ta ſup terrā. Et btūs Johes dicit. Si dixerimus quia
pctm̄ nō habemus/noſipos seducim⁹ ꝛ veritas in nob
nō eſt.i.Joh.i. Propterea Auguſtinus inq̄t. Audeo
dicere ſi oēs ſancti ꝛ ſancte eſſent in vnū ꝯgregati:ve/
raciter dicerēt dn̄o.dimitte nobis debita nr̄a/excepta
ſola beata ꝟgine maria:de qua cū de pctis agit̄/ nullā

prorſus nullā volo fieri mentionē. Nemo ergo credat
ſe immunē a delicto. ʒ quantūcunqꝫ iuſtū ſe credat: cla
met cum tremore. Dimitte nobis debita noſtra ꝛc.
¶ Tertio ꝓpter exemplū ſcz chr̄i dimittētis ꝛ orantis
pro crucifigentibꝫ eū. Et quātū hoc placuit deo patri
cū dixit. Pater ignoſce illis qꝛ neſciūt q̇d faciūt. Auc.
xxiij. oſtēdit Hieronym⁹ dicēs. ꝙ ꝑ illā orōem tria mi
lia iudeorū ad fidē conuerſi ſunt tp̄e paſſionis chriſti.
Sed quantū placeat chr̄o qn̄ q̇s amore ſui parcit ini/
mico: oſtēdit̄ tali exēplo qđ in libro apū habet̄. caplo
xvij. Fuerūt duo milites quoꝝ vnus aliū interfecit.
Cū vero filius occiſi in die paraſceues interfectorē ſui
patris inueniſſet eunt̄e ad eccl̄iam/ euaginato gladio
voluit illū interficere. Sed miles deſcendens de equo
ꝓiectis armis ait illi. Cū poſſem me ſi vellē defende/
re. tn̄ ob amorē illius q̇ hodie ꝓ nobis in cruce mortē
ſuſtinuit nolo me defendere nec cōminari nec rep̄cute/
re Volo aūt libētius hodie īterfici q̄ꝫ pugnare. Quo
audito ille de equo deſcēdit ꝛ oſculat⁹ eū/ ait. Et ego
ob amorē illius mortē patris mei tibi indulgeo Cūqꝫ
veniſſet ad eccl̄iam ꝛ crucē cuꝫ alijs adoraret ꝛ vellet
oſculari pedes crucifixi: crucifix⁹ deponēs brachia de
cruce ꝛ inclināſ ſe oſculatus eſt eū ac āplexatus. Sup
q̄ cū ceteri mirarent̄/ ait illis. qꝛ hodie amore chr̄i pep/
ci interfectori pr̄is mei: chr̄s pctā mea dimiſit mihi. ꝛ
in ſignū federis tradidit ſe mihi oſculandum.

## De Debito Sermo. xxxvj.

Et dimitte nobis debita nr̄a ſicut ꝛ nos dimit
timus debitoribꝫ noſtris) Math. vi. Debito
res ſumus deo/ nobis/ ꝛ ꝓximo. qꝛ ſi volumus

eſſe ordinati cū deo: debemus in eo ſpem ponere. ſi no
biſcū/ a carnis illecebris abſtinere. ſi cū ꝓximo/ ius ſuū
reddere ¶Primo debitores ſum⁹ deo. q2 ſi volumus
ordinari cū deo: debemus in ipſo ſpem noſtrā ponere.
ſm illud. ij. Paral'. xx. Cū ignoramus q̇d agere debea
mus/ hoc ſolū habem⁹ reſidui vt oculos nrōs diriga/
mus ad te dn̄e. Vn̄ Bernardus dicit. Cū ignoram⁹
(q2 neſcimus q̄liter ſatiſfaciamus de pctīs p̄teritis. q̄
liter inter tot tentationū laq̄os caueamus a futuris. ⁊
q̄liter inter tot mūdi fluctus ⁊ pericula ꝑueniamus ad
portū ſalutis) ideo hoc ſolū habemus reſidui vt ocu/
los nrōs dirigamus ad te dn̄e. q2 tu es qui potes dare
de pctīs p̄teritis veniā. Ideo dauid q̇ per adulteriū ⁊
homicidiū peccauerat: oculos ad celū leuabat dicens.
Ad te leuaui oculos meos q̇ habitas in celis Seq̄tur
Miſerere noſtri dn̄e miſerere noſtri q2 multū repleti
ſumus deſpectōe. p̄s. cxxij. q2 tu potes dare tentatōem
et victoriā. Ideo leuabat oculos ad celū qui dicebat.
Oculi mei ſp ad dn̄m qm̄ ipe euellet de laqueo pedes
meos. p̄s. xxiiij. Id eſt cogitatōem meā ⁊ deſideriū li/
berabit de laqueo tentationū. q2 tu dn̄e potes me redu
cere ad ſalutis portū. i. ad celeſtē patriā. Patz q2 ſpem
future reſurrectōis in trāſfiguratōe tua apl'is oſtēdiſtī
q̇ leuātes oculos neminē viderūt niſi ſolū ieſum. i. ſal/
uatorē noſtrū in quo ſolo ſpem ponere debemus. Vn̄
clamat ſcriptura. Maledictus hō qui cōfidit. i. ſpem
ponit in hoīe. ⁊ bn̄dictus q̇ ſpem ponit in dn̄o. Hiere
mie. xvij. ¶Secūdo debitores ſumus nobiſipis. quia
ſi volumus eſſe ordinati in nobiſipis/ debemus a car/
nis illecebris abſtinere. i. delectatiōes illicitas fugere.
Et de hoc debito dicit apl's. Debitores ſum⁹ nō car/

ni ſed ſpiritui.ad Ro.viij. Et ſubdit ibidē. Si em̄ ſm̄
carnē vixeritis/moriemini.ſi aūt ſpū facta carnis mor
tificaueritis/viuetis.ſcʒ vita gr̄e in p̄ſenti:ꝛ vita glorie
in futuro. Mortificemus ergo ſi viuere volumus car
nē noſtrā in cruce penitētie in ieiunijs/vigilijs/ cilicijs
et peregrinatiōibꝫ amore illius q̇ ꝑ nobis in cruce fuit
mortuus:vt q̇libet noſtrū dicere valeat cū ap̄lo. Ego
ſtigmata dn̄i nr̄i ieſu chr̄i in corꝑe meo porto.ad Gal.
vi. Qui vero carnē ſuā nō vult mortificare ꝑ penitēti/
am/nō viuit vita gr̄e ſʒ morit̄ morte culpe.dicēte ap̄lo
p̄. Thi.v. Uidua in delicijs viuēs mortua eſt/in p̄nti
et moriet̄ in futuro morte gehēne Propter quod dicit
ap̄ls. Prudētia carnis mors eſt.ad Ro.viij. Patʒ in
diuite epulone q̇ induebat̄ purpura ꝛ byſſo ꝛ epulaba
tur q̄tidie ſplendide. Sequit̄. mortuus eſt aūt diues ꝛ
ſepultꝰ in inferno. Luce.xvi. Et in illo q̇ dicebat. Aīa
mea habes multa bona in annos plurimos quieſce ꝛ
epulare. nā venit ad eum vox dicēs. Stulte hac nocte
aīam tuā repetēt a te.ſ.demones.ꝛ ſic factū eſt Lu.xij.
¶ Tertio debitores ſumus.primo.q2 ſi ordinari volu
mus cū eo/debemus ius ꝓpriū vnicuiq3 reddere.ſ.pri
mo.ſuꝑiori.eq̄li.ꝛ inferiori. Suꝑiori.i.p̄lato obedien
tiā.q2 ſi p̄latus p̄cipit nob̄ vigilias ieiunare. feſta cole
re.ad eccl'iam venire.in ea tacere.excōicatos vitare.ſor
tilegis nō credere.ꝛ ſic de alijs:obedire debemus hu/
militer. Et q̄3 fructuoſa ſit talis obediētia pʒ ꝑ hoc q2
beatꝰ Anthonius totū mundū laqueis plenū vidit.ꝛ
clamās ad dn̄m/dixit. Dn̄e q̇s iſtos laqueos euadet.
Cui dn̄s. Solus ille q̇ verus humilis ꝛ obediēs fue
rit. Uerus aūt obediens vt dicit Bernardꝰ:eſt ille q̄
parat aures auditui.linguā voci.manus operi.pedes

ſtineri. ⁊ totū ſe recolligit vt mandatū ꝑagat imperan
tis. Quantū vero periculoſa ſit inobediētia/ ptz in ꝓ/
mis parentibꝫ qui ꝓpter inobedientiā eiecti ſunt de pa
radiſo. Ben. iij. Inſuꝑ patz in Chore Dathan ⁊ Aby
ron: q̄ noluerūt venire ad p̄ceptum prelati ſcꝫ moyſi. ⁊
ideo cū tabernaculis ſuis ⁊ cū tota ſua ſupellectili vi/
uētes a terra abſorpti ſunt ⁊ in infernū demerſi. Nūe/
ri. xvi. Vel ſuꝑiores ſunt ſacerdotes q̇bus reddere de
bemus decimas/ ꝓmitias/ ⁊ oblatōes. Itē ſuperiores
ſunt dn̄i tꝑales q̇bus reddere debemus cenſum ⁊ tri/
butū. dicēte chr̄o. Reddite q̄ ſunt ceſarꝫ ceſari Math.
xxij. Itē ſuꝑiores ſunt parentes carnales q̊s debemus
honorare. ⁊ ſi indigēt/ neceſſaria eis miniſtrare ⁊ eorū
imbecillitatē ſuppoꝛtare Scd̄o equalibꝫ ſiue paribꝫ. i.
vicinis pacē ⁊ amorē. extraneis curialitatē. ⁊ oīmibus
reddere debemus fidelitatē ac legis naturalis rectitu
dinē: que eſt. Nō facias aliꝫs qd̄ tibi minime fieri vis
Thobie. iiij. Ita vt nullū opꝑimas ꝑ potientā. nullum
ſeducas ꝑ aſtutiā. nullius rem retineas ꝑ auariciā aut
ꝑ vſuram. ſed oībus ꝓdeſſe ſtudeas ꝑ charitatē ſince/
rā. Inferiores ſunt ſub triplici differentia. qꝛ aut ſunt
mercēnarij. aut filij. aut pauꝑes ac mendici. Mercēna
rijs debemus reddere integre ⁊ ſine dilatiōe mercedē
ſuā. dicēte Thobia. Quicūqꝫ tibi aliq̇d operatus fue
rit: ſtatim mercedē eius ei reſtitue ⁊ merces mercēna/
rij tui apud te oīno nō remaneat. Thob. iiij. Filijs ⁊
famulis nutrimentū ⁊ diſciplinā. Paupibus ⁊ mendi
cis miſericordiā operoſam. Et inter pauꝑes illi q̇bus
debemus plus ꝯpati/ ſunt defuncti: q̄ in igne purgato
rij ſunt detenti. q̇bus debemus ꝯpati propter penam
quam ſuſtinent acerbā ac diurnā. et quia ſe iuuare non

poſſunt Unde legitur de quadā bona matrona: q̄ quotiens trāſibat p̱ cimiteriū orabat ꝓ animabꝫ defunctorū. Et cū quadā vice oraret ſola in hunc modū: vidit infinitā multitudinē animaꝝ de ſepulchris egrediētiū et directe ad eā venientiū quaſi vellēt eam retinere. qḋ cū vidiſſet/ etiā ſequēti die ſilr: territa fugit ad eccliam rogās deum vt ſibi dignaret̃ oſtendere quid hoc eſſet Et reſpōſum eſt ei ꝙ erant anime in purgatorio exiſtētes orōnis eius elemoſynam petentes

## De Tentatione Sermo. xxxvij.

Et ne nos inducas in tētatōez) Math. vi. Lu. xi. In hac ſexta petitōe petimus a nobis amoueri viciū ſupbie ⁊ dari nobis virtutē humilitatis. qꝛ ſupbus ꝯfidens de ꝓprijs viribus/ nō timet tentatiōem. cogitat ꝙ ſua virtute poſſit eā ſuperare. ⁊ ideo nō dignatur petere auxiliū diuinū. Sꝫ verus humilis cognoſcēs ſuā infirmitatem nō eſtimat ſe poſſe ſuperare tentatōem quantūcunq̈ paruā. et ideo recurrit ad virtutē diuinā de qua ſcit ⁊ credit ꝙ pōt ei auferre vel alleuiare vel aggrauare quātūcunq̈ ſibi placuerit. Et ideo clamans dicit. Et ne nos inducas in tētationē Nō petit hic verus humilis nō tentari. ſed in tētationē nō induci. que agitur triplici modo ¶ Primo nō poſtulat̃ non tētari. qꝛ tētari eſt vtile/ ſed in tētationem induci eſt damnabile. Tūc aūt tentamur ⁊ in tentationē nō inducimur qn̄ mundus/ caro/ vel diabolus aliquod illicitū nobis ſuggerit: ſed noſtra rō vel volūtas reluctat̃ et nō conſentit vt rem illicitā ac a deo ꝓhibitam faciat. Et ſic tentari eſt vtile. qꝛ niſi eſſet tētatio nō eſſet pugna. ⁊ ſi nō eſſet pugna nō eſſet victoria. ⁊ ſi

nō eſſet victoria nō eēt corona. q̄ȝ dicit apl's. ij. ad Thimoth. ij. Nemo coronabit niſi q̇ legitime certauerit. ¶ Secūdo poſtulat in tentatōem nō induci. q̄ȝ hoc eſt dānabile. Et tūc in tentationē inducimur quādo tētationi ꝯſentimus. ⁊ quādo rō ⁊ voluntas a tentatōe ſuperātur ⁊ ligant. vt malū quod diabolus caro vel mūdus ſuadet ⁊ qđ deus ꝓhibet opere adimplere deſiderat. Hoc eſt ergo in tentatōem induci ⁊ intrare. Ideo chriſtus dixit. Uigilate ⁊ orate ne intretis in tentationē. Math. xxvi. Exemplū de hoc habemus in martyribꝫ q̇ tentati ſunt ꝑ ſupplicia. ⁊ tamē in tentatōem non intrauerūt. q̄ȝ timore ſupplicij cōtra dei voluntatē facere noluerūt. Sed aliqui nō ſolum fuerūt tentati ſed a tentatōe ſuperati ⁊ in tentatōem inducti. q̄ȝ timore pene ⁊ ſupplicij tēporalis deū negauerūt. De hoc patz in beato petro q̇ tentatus ⁊ in tentatiōem ductus tātum mortē timuit vt ter dn̄m negaret. Math. xxvi. Tentatus vero ſed nō inductus quādo gaudēs crucis patibulū ſuſtinuit. ¶ Tertio poſtulat non induci in tentationē que agit modo triplici. ſ. ſuggeſtione. delectatōe. et ꝯſenſu. Suggerit em̄ diabolus. delectat caro. ⁊ ſpiritus cōſentit. Et nos cū tentamur/ inducimur in delectatōem/ q̄ȝ de carne peccatrice ꝓpagati: ⁊ ſic in nobis gerimus vnde tētationē toleramus. Chriſtus vero q̄ȝ erat deus et ſine pctō carnem ſuſcepit: tentari potuit ꝑ ſuggeſtionē. ſed in delectatōem ⁊ cōſenſum induci non potuit. Et illa tētatio quā fecit ſibi diabolus in deſerto/ nō fuit intrinſecus ſed extrinſecus. Math. iiij. Nec ſuggeſtio inducit in tentatōem ſed ꝯſenſus animi qui duplex eſt. Unus ꝯſenſus eſt in delectatōem. alius in operatōem. Cōſenſus in delectatōez eſt qn̄ hō delecta

tionē percipit ⁊ nō expellit. ꝫ placet ei morari in illa de
lectatōe ⁊ voluptari: licet nō velit delectatōem ope exe
qui. Et iſte ꝯſenſus vocat̄ interp̄tatiuus. ⁊ eſt mortale
pctm̄: ſed nō eſt ita graue ſicut ſi ꝯſentiret in opus. Cō
ſenſus vero in opus eſt qn̄ hꝫ volūtatē implēdi in ope
ſuā tentatōem ⁊ ſuā voluntatem ſi haberet loci ⁊ tpis
oportunitatē. Sic ergo ptꝫ quid nos petimus in hac
ſexta petitōe ⁊ quid nō petimus. Vn̄ nō petimus nō
tētari. ſed p ꝯſenſum in tentatōem nō induci.

## De ſpēbus tētationū Ser. xxxviij.

Et ne nos inducas in tentatōem) Tres ſtꝫ ſpe
cies tentationū que ſunt timēde. qm̄ incitāt ad
pctm̄. vt eſt tētatio ſublimitatis. cupiditatis. ⁊
voluptatis. ¶ Prima tētatio eſt ſublimitatis qua tē
tatus fuit lucifer qn̄ dixit. In celū aſcendā. i. ad equali
tatē trinitatis ⁊ ero ſilis altiſſimo Eſaie. xiiij. De hac
tentatōe p̄t exponi illud apl'i. i. Cor. x. Tētatio vos nō
app̄hendat niſi humana. q. d. Cauete a tentatōe ſup/
bie. qꝛ illa nō eſt humana ꝫ diabolica. Et dꝛ diabolica
qꝛ hac tentatiōe diabolus a ſeipo in celo tētatus eſt. ⁊
p hanc eiecit p̄mos parentes de paradiſo qn̄ dixit eis.
Eritis ſicut dij. ⁊ illi ſciam dei appetierūt. Gen̄. iij. Si
mili mō voluit tētare chriſtū qn̄ dixit. Si filius dei es
mitte te deorſuꝫ. ſcriptū eſt em̄ qm̄ angelis ſuis māda/
uit de te ⁊c̄. Math. iiij. Cui chr̄s. Non tentabis dn̄m
deū tuū. In hac reſpōſione oſtēdit chr̄s ꝙ illi q̇ volūt
vt deus faciat p eis miracula/ tentāt deū. qꝛ ꝑſumētes
de ſanctitate ſua: nō credūt ſe eē in dei amicicia niſi de
us oſtēdat eis ſigna amoris ſpecialia. Et nihil acq̇rit
tantū dei amorē ſicut ꝯſiderare ꝓpriam fragilitatē per

verã humilitatẽ/ ꝛ reputare ſe indignũ corã oculis dei recipere aliqꝺ miraculũ. Nã deum tentare in faciẽdis miraculis eſt quedã ſpẽs infidelitatis. qꝛ hoc eſt potius diffidere ꝙ̃ ꝯfidere. hoc eſt nolle credere deo ſine pignere. Miracula eñ ſunt q̃ſi quedã pignera diuine potẽtie/ſapiẽtie/ ꝛ amicicie. ꝛ ſunt quedã ſigna nõ effectiua ſed oſtẽſiua ſanctitatis humane. ꝛ aliqñ ſunt ſigna falſa. qꝛ miracula facere datũ eſt multꝭ malis hoĩbus. et dabit in fine mũdi antichriſto et ſuis ſequacibꝫ ſiue ſibi adherẽtibꝫ. ¶ Sc̃da tẽtatio eſt cupiditatis: qua tẽtatus eſt fere totus mũdus. qꝛ a maiori vſqꝫ ad minorẽ oẽs ſtudẽt auaricie. Hieremie. vi. Sic ꝑmo tentati fuerũt adã ꝛ eua qñ fuit eis dictũ. Eritis ſciẽtes ſicut dij Geñ. iij. qꝛ auaricia nõ ſolũ eſt pecunie ſed etiã ſcie. Hac tẽtatiõe auſus eſt diabolꝰ tẽtare chr̃m qñ ſtatuit eũ ſup montẽ excelſuz ꝛ oñdit ei oĩa regna mũdi dicẽs ei. Hec oĩa tibi dabo ſi ꝓcidẽs adorauerꝭ me. Cui xp̃s Vade retro ſathanas. ſcp̃tũ eſt ei. Dñm deũ tuũ adorab ꝛ illi ſoli ſeruies Math. iiij. In hac locutõe oſtẽdit ꝙ auari nõ adorãt deũ ꝫ diabolũ dicẽte ap̃lo Auaricia eſt idolorꝫ ſeruitꝰ. ad Eph. v. Col. iij. Imo qꝺ peiꝰ eſt adorãt denariũ. ꝛ h̃ eſt peiꝰ. qꝛ denarius hꝫ tm̃ eſſe ꝛ ẽ de vili materia. demon ṽo ẽ creatura in cẽ nobiliſſima et hꝫ eſſe viuere ſentire ꝛ intelligere. Et vñ ꝓcedit iſta adoratio tã vilis/ niſi ex ſupflua dilectõe. dicẽte Augꝰ. Hoc ab hoĩe colitur qꝺ pre ceteris amat. Auarus aũt ſup om̃ia diligit pecuniã. qꝛ plus ꝙ̃ deũ vel celeſte regnũ. ergo ꝛc̃. Volens ergo ap̃ls nos inſtruere ne a tali tentatõe ſuperemur: ſic ait. Nihil intulimꝰ in hũc mũdũ: haud dubiũ qꝛ nec auferre q̃d poterimꝰ. habẽtes aũt alimẽta ꝛ q̃bꝫ tegamur his ꝯtenti ſimꝰ. nã q̃ volũt

diuites fieri: incidūt in tentatōem ⁊ in laqueū diaboli
ꝑ. Thi. vi. Patꝫ hoc in iuda q̇ laqueo ſe ſuſpēdit Ma
thei. xxvij. ¶ Tertia tētatio eſt voluptatis que incipit
a gula. Et ſic p̄mo tentatus fuit adā ⁊ eua qñ ꝯſenſe/
rūt comedere de ligno ſcīe boni ⁊ mali Geñ. iij. Et dia
bolus qñ voluit tentare xp̄m: dixit. Dic vt lapides iſti
panes fiant Math. iiij. Sed nō fuit victus ieſus. qm̄
lapides nō cōuertit in panē. ſed reſpōdens dixit. Non
in ſolo pane viuit hō: ſed in om̄i verbo qđ procedit de
ore dei. Sicut em̄ corpus de terra productuꝫ viuit ex
fructu terre q̇ eſt panis. ſic aīa viuere debet ex ꝟbo dei
qm̄ virtute diuini verbi fuit de nihilo creata ad imagi
nē dei. Ex hac locutōe cōprehēditur ꝙ illi vincūtur in
tentatōe gule qui lapidē durum cōuertunt in panē ſua
uem. i. qui dimittunt duram ⁊ aſperā penitentiā vt co
medēdo habeāt in corꝑe ſuauē delectatōem: nō atten/
dentes ꝙ gula eſt homini multū nociua. Nam ꝑ eam
mens grauat᷑. ſtomachus turbatur. ſenſus opp̄mitur.
morbus ⁊ mors accedit. Ideo ſapiēs ait Noli auidus
eſſe in om̄i epulatōe tua ⁊ nō te effundas ſuꝑ oēm eſcā
In multis em̄ eſcis erit infirmitas: ⁊ ꝓpter crapulam
multi obierūt vel perierūt. Eccl'iaſtici. xxxvij. Hec eſt
illa mater gula turpis ⁊ immunda q̄ duas filias gene
rat turpiores. ſcꝫ ebrietatē ⁊ libidinē. Quid em̄ turpi/
us eſt ebrioſo: cui fetor in ore. tremor in corꝑe. mēs alie
nat᷑. ⁊ facies trāſformat᷑. nec ſecreta ſciet retinere Ideo
Salomō ait Prouer. xxxi. Nolite vinū dare regibꝫ qꝛ
nullū ſecretū vbi regnat ebrietas. Hanc aūt filiā mat᷑
gula dedit in ſpōſam p̄mo noe. q̇ inebriatus pudenda
nudauit. Geneſ. ix. Et poſtea Loth/ qui etiā inebria/
tus fecit inceſtū cum filiabꝫ ſuis Geneſ. xix. Inſuꝑ ma

ter gula generat ⁊ aliam filiam turpiſſimā.i.luxuriam
que non ſolum mentē effemimat:ſed ⁊ corpus debili/
tat.animā maculat.ac totū hominē dānabiliter inter/
ficit.dicēte aplo. Peccatū cum conſummatū fuerit ge
nerat mortē. Jacobi.i. Nam ſpūs hominis quādo cō
ſentit carnis ꝯcupiſcentie/fit quoddā matrimoniū ſpi
rituale in quo ex mala matre.ſcȝ pctō: quod ad modū
baſiliſci vel vipere interficit patrē ſuū.i.ſpiritū. Unde
apls ad Romañ.vi. Stipēdia peccati mors. Si em̄
ſm carnem vixeritiſ/moriemini.ſi aūt ſpiritu facta car/
nis mortificaueritis/viuetis.ſcȝ deo.ad Romañ.viij.
Contra hanc filiā.ſ.luxuriam/que fecit dauid cōmit/
tere adulteriū ⁊ homicidiū/ ⁊ ſalomonē habentē trecē
tas ꝯcubinas/idolatriam:habemus multa remedia.
Primū eſt ꝯtinua occupatio.ſcȝ in ſcripturaꝝ ſtudijs
dicēte Hieronymo. Ama ſcientiā ſcripturaꝝ ⁊ carnis
vicia nō amabis. Scdm̄ eſt carnis maceratio Patȝ in
maria magdalena:q̄ in delicijs viuens fuit peccatrix.
ſed adherēs vite aplorum/ab hac tentatōe fuit libera.
Tertiū eſt loci mutatio.dicēte aplo.ꝑ. Coꝝ.vi. Fugi
te fornicatōem.i.ꝯuerſatōem ꝑſone de qua tētati eſtis
Et in iure canonico dicit. ꝙ cōfeſſores aliquando tali
ter tētatis debēt dare in penitentiā vt mutent locū ne
videat perſona.qr quod oculus nō videt cor nō deſide
rat. Quartū eſt deuota orō.quia hoc genus demonio
rū nō eijcitur niſi in orōne ⁊ ieiunio. Math.xvij. Ideo
apls habēs ſtimulū carnis/ter dn̄m rogauit.ſed quia
erat ei vtile/ille ſtimulus nō fuit ei ablatꝰ. ſed merito
orōnis accepit grām nō cadendi in peccatum.dicēte ei
dño. Sufficit tibi gratia mea.ij. Corinth.xij. Quin/
tū eſt frequēs ꝯfeſſio.prout patȝ in quodā mercatore:

qui tam fortiter illaq̄atus fuit cū quadā muliere ꝙ ab ea ꝑ vnā noctē nō poterat ꝯtinere. tñ nō erubeſcebat cōfeſſori ſuo pctm̄ hoc cōfiteri ⁊ orōnis ſuffragiū petere. Cōfeſſor ꝯpatiens illi dixit. Fili rogo te vt vna nocte abſtineas amore chr̄i. alia amore gl'ioſe marie ꝟginis. alia amore oīm angelorū. alia amore oīm ſcōꝝ. ⁊ alia amore toti⁹ curie celeſtis. Qui obediēs ꝯfeſſori: a deo recepit grām ꝯtinēdi. Ideo dixit. p̄s. Cōfeſſio ⁊ pulcritudo in conſpectu eius. i. dei. p̄s. xcv. Ubi dicit gloſa. Si diligis cordis pulcritudinē/ frequēta ꝯfeſſionē.

## ¶ De Tentatore Sermo. xxxix.

Et ne nos inducas in tentatōem) Mathei. vi. Luce. xi. Quis ſint tres mali tētatores: diabolus tentās de ſuꝑbia. mūdus tentās de auaricia. ⁊ caro tentās de gula ebrietate et luxuria: tñ vnus bonus tētator eſt. ⁊ hic eſt deus/ q̇ ſuos amicos tentat aduerſitate ⁊ tribulatōe. Hoc ptz in ciuitate bethulia obſeſſa ab holoferne. qꝛ defecerīt illis de ciuitate aque et victualia: ſtatuerūt ꝙ niſi infra q̇nqꝫ dies dñs mitteret eis adiutoriū/ ipi ciuitatē manib⁹ obſidentiū darēt. Qđ intuens ſcā iudith: rñdit ⁊ increpauit eos dicens ꝙ illa nō erāt ꝟba q̇bus moueri deberet de⁹ ad miſericordiā ſꝫ magis ad indignatōem. qꝛ nō debebāt ponere terminū diuine miſcđie. ſꝫ ipam humilit̄ inuocare et fiducialit̄ expectare. Et dixit ſic ſacerdotib⁹ Uos qui eſtis p̄ſbyteri in pplo dei/ ex vob̄ depēdet aīa illoꝝ: ad eloq̇a vr̄a corda illoꝝ erigite vt memores ſint qꝛ tētati ſtꝫ patres vr̄i vt ꝓbarent̄ ſi vere colerēt deū ſuū Iudith viij. Deus aūt tētat amicos ſuos ad modū figuli. ad modū mgr̄i. ⁊ ad modū auri. ¶ Primo tētat in tribus

latõe ad modũ figuli Nã figulus ꝓbat vaſa ea manu
ꝑcutiendo.q̄ ſi ſunt ſolida ⁊ bñ decocta/reddunt clarũ
ſonũ. Silr̃ in tribulatõe boni chꝛiani quaſi bona vaſa
dei reddũt claꝝ ſonũ ꝑ gratiaꝝ actionē. Nã ſciũt ꝙ tri
bulatio eſt q̄ſi quidã tact⁹ man⁹ figuli ſui.i.dei cui ipi
nullo mõ debẽt eſſe rebelles. Et h̄ ſentiebat iob qñ di
cebat. Miſeremini mei miſeremĩ mei ſaltē vos amici
mei qꝛ man⁹ dñi tetigit me. Job.xix. Mali ꝓo vt ma/
la vaſa crepãt ꝑ impatiētia ⁊ reddũt malũ ſonũ ꝑ blaſ
phemiã. Et h̄ eſt qđ dicit ſalomon. Vaſa figuli ꝓbat
foꝛnax:⁊ hoĩes iuſtos tētatio tribulatõis Eccli.xxvij.
¶ Scđo de⁹ tentat ad modũ mgr̄i/q̄ volēs certificari
de diſcipulo an ſciat ſuã lectõez:ipm tãgit interꝛogãdo
Sic deus tētat aliq̄s virtuoſos vt manifeſtent:nõ ſibi
q̄ ſcit oĩa/ſꝫ mũdo illius ꝟtutes. Jſto mõ tentatus eſt
abꝛahã. Vñ dꝛ Geñ.xxij. Tētauit deus abꝛahã: nõ ſe
mel ſꝫ trib⁹ vicib⁹. Nã tētatio magna fuit qñ deus p̄ce
pit ei vt exiret de terra ſua ⁊ de cognatiõe ſua ⁊ iret in
terrã extraneã. Geñ.xij. Hãc tentatõez hñt religioſi.q̄
ꝓpter deũ relinquũt parētes ⁊ poſſeſſiões ⁊ intrãt reli
gionē inexꝑtam q̄ſi terrã alienã.et ſicut boni milites ꝑ
volũtariã pauꝑtatē ſuperãt vnũ de inimicis aĩe.ſ.ↄcu
piſcentiã mũdialē Magna tentatio fuit qñ de⁹ p̄cepit
ei.ſ.abꝛahe vt immolaret ſibi filiũ ſuũ vnicũ quē habe
bat. Geñ.xxij. Hãc tentatõem hñt religioſi qñ ꝑ votũ
obediētie relinquũt vel ĩmolãt deo voluntatē ꝓpꝛiã/eã
volũtati p̄latoꝛũ ſubijciēdo:q̄ vnicũ filiũ deſignat. Itē
magna tētatio qñ deus p̄cepit ei carnē ſuã circũcidere
Geñ.xvij. Hãc tentatõez hñt religioſi qñ ꝑ votũ caſti
tatꝭ vult dñs vt ipi abſtineãt ab illecebꝛis carnis.⁊ ſic
vincũt tertiũ inimicũ anime.ſcꝫ carnis ↄcupiſcentiam

In iſtis ergo tribus tētationibꝫ.i.in voto paupꝛtatis.
obediētie ⁊ caſtitatis ꝯgnoſcunt boni religioſi ¶ Ver
tio deus tentat ad modũ auri. Vñ Sapiētie.iij.dicit
Deus tentauit illos ⁊ inuenit eos dignos ſe.nã tanqꝫ
aurũ in foꝛnace ꝓbauit electos dñs In foꝛnace aurum
purgatur:⁊ purgatũ in thezauro reponitur. Sic ſancti po
nuntur in camino tribulatõis vt purgētur a culpa.vt p/
bētur in patientia ⁊ reponantur in celi thezauro. In hac
foꝛnace tētatus ⁊ examinatꝰ fuit dei filius.dicēte apo
ſtolo ad Hebꝛeos.iiij. Nõ habemus pontificē qui nõ
poſſit cõpati infirmitatibꝫ noſtris tentatũ ꝑ om̄ia ſm
ſilitudinem carnis abſqꝫ pctõ. Quõ aũt fuerit tentatꝰ
ꝑ omnia:oſtēdit Bernardus dicēs.qꝛ ipe in tentatiõe
ſua ſuſtinuit dura verba.durioꝛa verbera.⁊ poſtremo
duriſſima crucis toꝛmēta. Tentatus etiã fuit ꝑ om̄ia
coꝛpis ſui mēbꝛa. quia a planta pedis vſqꝫ ad verticē
capitis ſui nõ fuit in eo ſanitas. Eſaie.i. Item tētatus
eſt ꝑ omniũ genera hoĩm.qꝛ vēditus fuit ab aplo ſuo.
negatus ab amico.derelictus a diſcipulis.accuſatus a
iudeis.crucifixus a paganis. Inſup tētatus fuit ꝑ om
nia elemēta.qꝛ aqua fuit cõſputus.in aerē ſuſpēſus.ad
ignem negatus. et in terra ſepultus. Bene ergo dicit.
(Tentatũ per om̄ia)ſed addit(ſm ſimilitudinē carnis
abſqꝫ peccato).i.qꝛ habebat ſimilitudinem carnis pec
cati. Si ergo caro ſua mũdiſſima ſubiacuit flagellis:
qđ mirũ ſi caro noſtra in pctõ cõcepta/nata/ et nutrita
flagellatur. Qui vult ergo ſeq̇ chꝛiſtũ vt valeat cum eo
ad beatitudinē ꝑuenire:ꝓparet ſe ad ſufferēdam tēta/
tionē.ſicut dicit ſpũſſanctus in Eccl'iaſtico. Fili acce/
dens ad ſeruitutē dei/ſta in iuſticia ⁊ timoꝛe: et ꝓpara
animã tuã ad tentatõem. Eccli.ij. Sta in iuſticia bo/

noꝝ opeꝝ. ⁊ timore cadēdi in pctm̄. ne cadas de nume
ro electoꝝ. ⁊ ideo p̄para aīam tuā ad tentatōem ꝑ quā
trāſierunt oēs electi. Et iō dixit dn̄s moyſi. Meli⁹ eſt
affligi cū ꝑplo dei ꝙ̄ tꝑalis vite habere iocunditatē

## De Tribulatōe Sermo. xl.

Et ne nos inducas in tentatōem) Mathei. vi.
Luce. xi. O pater da nobis virtutē patiētie vt
in tribulatōez nō inducamur ꝑ murmuratōez
et impatientiā. qꝛ illa tribulatiōis tētatio ſuſtinēda eſt
ꝓpter adiutoriȷ̄ fortitudinē. ꝑmiȷ̄ longitudinē. ⁊ ſuppli-
ciȷ̄ formidinē. ¶ Primo tribulatio eſt patiēter ſuſtinē
da ꝓpter adiutoriȷ̄ fortitudinē. Nā deus eſt adiutor fi-
deliū qui eſt fortis. ⁊ ideo amicos ſuos in tentatōe po
ſitos iuuare pōt. In hac fortitudine ꝯfidebat qn̄ dice
bat ad dn̄m. In te eripiar a tentatiōe. ps. xvij. In te. i.
in tua virtute/ nō mea. qꝛ de illis q̇ in ſua virtute confi
dunt dicit in euāgelio Luce. viij. ꝙ ad tentatōem veni
unt ⁊ in tꝑe tribulatōis recedūt. Cum em̄ hō quantū
in ſe eſt: ſit de nihilo: virtus eius quantū eſt ex ꝑte ſua
nō eſt niſi deficere ⁊ ad nihilū tendere habet. Sed vir
tus diuina cū ſit omnipotēs: hoīem in ſe ꝯfidentē ve-
ra fide ⁊ ꝑfecto amore poteſt ſuſtētare ne cadat/ ⁊ poſt
caſum erigere vt reſurgat. Sic ergo patz ꝙ adiutor nr̄
fortis eſt. dicēte pſalmiſta. Dn̄s fortis et potens dn̄s
potēs in p̄lio. p̄s. xxiij. In p̄lio em̄. i. in tentatione facit
nos fortes ⁊ potētes qui ſumus debiles. Et non ſolū
eſt fortis ſꝫ etiā fidelis ⁊ abſqꝫ vlla iniq̄tate. ⁊ ideo nō
p̄t ſperātes in ſe derelinq̄re tꝑe neceſſitatis. Sed hoīe
poſito in tentatōe: ſi recurrit ad eū toto corde/ aut tēta
tionē eius fugat/ aut alleuiat taliter ſibi vt eā facilius

ſuſtinere poſſit. Et hoc eſt qđ dicit apl'ſ.i. ad Coꝛ.x.
Fidelis deus q̇ nō patieꝛ vos tētari ſupꝛa id qđ pote
ſtis:ƺ faciet etiā cū tentatōe ꝓuentū.i.lucrū. qꝛ ꝑ tenta
tōem qñ reſiſtimꝰ viriliꝛ/lucramur pctōꝝ veniā ⁊ aug
mentū gr̄e ⁊ gl'ie. Qđ figuratū fuit in iob:cui poſt tē/
tationē tribulatōis ꝑ patiētiā ſuperatā: reſtituit deus
poſtea oīa duplicia. Job vlꝛ. Et ſic veꝝ eſt illud apl'i.
ꝙ diligētibꝫ deū oīa coopanꝛ in bonū.ad Rom.viij.qꝛ
diligēs deū ſi ꝯmittit pctm̄:erit humilioꝛ in ꝯſcia.fer/
uētioꝛ in pm̄a. ⁊ ſolertioꝛ ſiue ſollicitioꝛ in cautela. Si
ḡ ſumus in tribulatōis tentatōe: ꝯfidamꝰ in deo q̇ eſt
adiutoꝛ foꝛtis ⁊ fidelis. qꝛ nunq̄ȝ deficiet amicis ſuis
in articulo nc͡citatis. Juxta illud Eccl'i.ij. Reſpicite ſi
lij natōes hoīm ⁊ ſcitote ꝙ nullus ſperauit in dn̄o ⁊ cō
fuſus eſt:aut ꝑmanſit in mādatis eiꝰ ⁊ derelictus eſt.
aut q̇s inuocauit eū ⁊ deſpexit illū. qm̄ pius ⁊ miſeri/
coꝛs eſt ⁊ remittet in tp̄e tribulatōis pctā ⁊ ꝓtectoꝛ eſt
oīm exq̇rentiū eū in veritate ¶ Scđo tribulatio eſt pa
tiēter ſuſtinēda ꝓpter p̄mij magnitudinē ⁊ longitudinē
Nā illius p̄mij magnitudo tāta eſt ꝙ excedit ſenſum ⁊
intellectū hoīm.dicēte apl'o.ꝑ.Coꝛ.ij. Et Eſaie.lxiiij.
Oculus nō vidit nec auris audiuit et in coꝛ hoīs non
aſcēdit q̄ pꝛepauit deꝰ diligētibꝫ ſe. Jlla aūt magnitu/
do p̄mij eſt ꝑfecta felicitas.lōgitudo ꝟo eius eſt inde/
ficiēs eternitas. Et h̊ pꝛemiū tam magnū ⁊ eternū de
us p̄parauit illis q̇ patiēter ſuſtinēt tentationē.dicente
Jacobo. Btūs vir q̇ ſuffert tētationē:qm̄ cū ꝓbatꝰ fue
rit accipiet coꝛonā vite quā repꝛomiſit deus diligētibꝫ
ſe. Jacobi.i. Quid eſt maiꝰ pꝛemiū q̄ȝ inter angelos ⁊
ſcōs hr̄e diadema regni: Et q̄ eſt maioꝛ longitudo q̄ȝ
viuere ſine fine: Magnitudinē oſtēdit dignitas rega

Nota ... bu

lis.longitudinē vero iocūditas diadematis/in qua nō
eſt ꝑncipiū neqꝫ finis. Et ꝓpter hanc p̄miū magnitudi/
nē ꝛ lōgitudinē nō deberet in tentatōibus hō triſtari ſꝫ
magis gratulari.qꝛ ſm aplm ad Ro.viij. Nō ſunt cō
digne paſſiones huiꝰ tp̄is ad futurā gloriā q̄ reuelabi
tur in nob. Ideo dicit Jacobꝰ. Omne gaudiū exiſtima
te fratres cū in tentatōes varias incideritis. Jacobi.i.
Sup qḋ verbū dicit gloſa. Nō indignemini fratres ſi
mali in hoc mūdo florēt/ vos vero patimini:qꝛ nō eſt
chriſtiane religiōis in tp̄alibꝰ exaltari. Mali nihil ha/
bēt in celo. vos nihil in hoc mūdo:ſed ꝓpter ſpem illiꝰ
p̄mij q̄cquid in via ꝯtingit/gaudere debetis. ¶ Ter/
tio tribulatio ē patiēter ſuſtinēda ꝓpter ſupplicij formi
dinē. Nā illi q̄ tentationē nolūt patient tolerare/ſꝫ por
tant eā tam moleſte vt etiā blaſphemēt deū ꝛ cōtra eū
murmurēt.hi incipiūt hic ſuū infernū habere:ꝛ ſuppli
ciū tp̄ale mutant in eternū. Et qḋ eſſet eis purgatoriū
culpe ꝛ acq̄ſitoriū venie ꝛ augmentū gr̄e ꝛ glie: faciūt
ſibi ꝓuenire in augmentū culpe ꝛ elongatōem venie ꝛ
gratie ꝛ in meritū gehēne ꝛ amiſſionē glorie Nam hec
eſt differētia ſeruorū dei ꝛ diaboli. Serui em̄ dei in tē
tatōis fornace poſiti/ad modū boni auri fortius ruti/
lant.ꝛ illuminādo alios ꝑ exemplū ſue patiētie deū be
nedicūt ꝛ laudant. Mali ṽo ad modū palee tabeſcūt
et fumant:ꝛ quaſi deſperati deū blaſphemāt. Et hoc
eſt quod dicit Gregorius. Sicut ſub eodem igne au/
rū rutilat ꝛ palea fumat.aurū purgat ꝛ palea cōſumi/
tur: ſic vna et eadem vis tribulationis bonos purgat
et examinat.malos vero cruciat ꝛ damnat Nam duo
latrones fuerunt cum ieſu chriſto crucifixi: vnus ad
dexteram ꝛ alius ad eius ſiniſtram.ꝛ in eodem ſuſpen

dio vnus periit: alius paradiſum meruit. Inſup ſicut
vnguentū qđ fortiter exagitat ſuauius redolet: ſic ma
li velut ſterqliniū: quod cū exagitat horribilius fetet.
Et hoc dicit Gregori⁹. Sicut aromata odorē ſuū nō
niſi cū incidunt expādūt: ita viri ſancti q̄cquid ꝟtutis
in ſe retinēt/ in tribulatōibus innoteſcūt. Ille aūt tribu
latōes quas ſuſtinēt boni in mūdo: nō ſunt niſi quedā
vmbra tormentoꝝ que mali ſuſtinebūt in inferno. Iō
vt euadam⁹ illa eterna ſupplicia nō tedeat nos eſſe in
vmbra. Sicut ei vmbra dat refrigeriū/ ſic ſancti in tri
bulatōibus habebāt. dicēte ſancto Laurentio. Diſce
miſer q꞉ carbones tui mihi refrigeriū preſtant. tibi ve
ro eternum ſupplicium.

## De Inuidia Sermo. xlj.

SEd libera nos a malo) Math. vi. In hac ſep
tima petitōe petim⁹ liberari ab oīni malo cul
pe ⁊ pene. Precipue tñ poſtulamus liberari a
vicio inuidie/ et nobis largiri virtutē charitatis vere.
q꞉ ſicut bonū ⁊ malū opponunt: ſic charitas ⁊ inuidia.
Nam charitas ſup oīes ꝟtutes facit bonū hoīem et
opa q̄ cū charitate ab eo fiūt: ſunt meritoria. Sʒ inui
dia ſup oīa vicia facit hoīem malū/ ⁊ que ab eo fiūt
nō ſunt meritoria. Vocat autē inuidia malū. q꞉ bonū
in malū cōuertit. a diabolo q̄ eſt malicie auctor vt ſpe
cialis filia pcedit. ⁊ p ipam oē malū tam culpe q̄ȝ pene
in mundū intrauit ¶ Primo inuidia dicit malū. quia
bonū in malū cōuertit. Nā illud opus qđ ex charitate
factū/ eſſet bonū ⁊ meritoriū: ex inuidia factū/ fit malū
et demeritoriū. ita q̄ ſup inuidos recte cadit illa pphe
tia. Ve q̄ cōuertūt bonū in malū. Iſaie. v. Exemplū

ponit Gregorius in libro dyalogoꝝ dicēs. ꝙ diabolus
in ſpecie paupis a q̊dam ſcō epiſcopo hoſpitium petijt
quem eṗs ꝯgnoſcēs ꝑ ſpiritūſcm̄ eſſe diabolū: repulit
Et cū diabolus iret ꝑ ciuitatē clamādo ꝙ eṗs noluiſ/
ſet eū recipere in hoſpitio ſuo: quidā ciues inuidēs epi
ſcopo/ eū hoſpitauit. diabolus aūt illa nocte filiū eius
occidit. Et beatus gregori⁹ interrogatus a ſuo diaco
no quare deus hoc ꝑmiſerit Reſpondit/ qꝛ nō hoſpita
uerat eū ex charitate nec ex bona intentiōe. ſed qꝛ inui/
debat eṗo vt haberet ex hoc occaſionem detrahēdi de
eo ⁊ ſe ei in opibus miſcdie p̄ferendi. Ecce qūo bonuꝫ
hoſpitalitatis ad q̄ tantū ſuadēt ſcripture: qꝛ ex inui/
dia ꝓceſſit in malū ⁊ in pctm̄ eſt cōuerſum. ¶ Scdo in
uidia dicit̄ malū. qꝛ a diabolo/ q̇ eſt p̄mus auctoꝛ ma
li: ꝓcedit. Et hoc teſtat̄ Gregori⁹ in moꝛalibus dicēs
ꝙ in quolibet pctō antiquus ſerpēs viſcera ſua ꝯtinet
Sicut em̄ ex mala radice mala arboꝛ: ⁊ ex mala arbo/
re mal⁹ fructus ꝓcedit. ſic ex diabolo q̇ eſt p̄ma radix
mali/ ꝓcedit mala arboꝛ inuidie. ⁊ ex iſta mala arboꝛe
pꝛocedūt male cogitatōes/ locutōes/ ⁊ opationes Nō
em̄ p̄t arboꝛ mala fructus bonos facere ait dn̄s in euā
gelio. Math. vij. ¶ Tertio inuidia dꝛ malū. qꝛ per ip
ſam oē malū culpe ⁊ pene in mūdū intrauit. vt fames
ſitis moꝛbus moꝛs. et oīa mala penalia que inflicta
ſunt humano generi: nō ſunt inflicta niſi ꝓpter malum
culpe Omis aūt culpa oꝛtū habuit ex diaboli inuidia
Ideo em̄ p̄mos parētes ad peccādum impulit qꝛ eis
inuidit. eo ꝙ aſcēſuri erāt humilādo ſe ſub p̄cepto crea
toꝛis/ ad illā beatitudinē vnde ipe ceciderat ꝑ ſuā ela/
tionē. Et hoc eſt quod dicit̄ Sapiētie. ij. Inuidia dia
boli moꝛs introiuit in oꝛbem terrarū. imitātur aūt il/

lum qui ſunt ex parte illius ſcꝫ inuidi.

## De malo inuidie Sermo.xlij.

Sed libera nos a malo) Math.vi. Poſtulamꝰ in hac petitōe liberari a malo ſiue pctō inuidie quod dicit᷑ malū. qꝛ contrariat᷑ bono. i. ſpiritui ſancto. Nā inuidia eſt pctm̄ in ſpiritūſcm̄: cui appꝛopꝛiatur bonitas a quo oē bonū procedit. In ꝑſonis em̄ diuinis cū ſit eadē potētia ſapiētia ⁊ bonitas pr̄is ⁊ filij et ſpūſſancti ſicut eadē deitas eſt. tn̄ patri appꝛopꝛiat᷑ potētia ne videat᷑ filio antiquoꝛ. filio appꝛopꝛiat᷑ ſapientia ne videat᷑ patre minoꝛ ⁊ ex hoc minus ſapiēs. ſpirituiſcō appꝛopꝛiat᷑ bonitas ne videat᷑ eſſe ſpūs malus vel peſtilēs. Nā hoc nomē ſpūs ꝑ ſe ſumptū frequēter male ſonat in ſcripturis. vt cū dicit᷑. ſpūs ſuꝑbie. ſpūs foꝛnicatōis ⁊c. Quia patri appꝛopꝛiat᷑ potētia: ideo illi dicunt᷑ peccare in patrē ꝙ peccant ex infirmitate q̄ eſt cōtraria potētie. Quia filio attribuit᷑ ſapiētia: ideo illi dicunt᷑ peccare in filiū ꝙ peccāt ex ignoꝛātia. Et qꝛ ſpirituiſcō attribuit᷑ bonitas: iō illi dicunt᷑ peccare in ſpiritūſcm̄ ꝙ peccāt ex ꝓpꝛia malicia q̄ eſt ꝯ̄ria bonitati. et tales ſunt inuidi. Qꝛ aūt inuidia recte ſit ꝯ̄ria fonti bonitatis. i. ſpirituiſcō: ptꝫ ſic. Spūſſcūs eſt amoꝛ patris et filij ꝙ infundit᷑ coꝛdibꝫ nr̄is. dicente aplō. Charitas dei diffuſa eſt in coꝛdibꝫ nr̄is ꝑ ſpiritūſcm̄ ꝙ datus eſt nobis. ad Ro.v. Charitas aūt ſiue amoꝛ dei nunq̄ꝫ ꝑmittit hoīem eſſe ocioſum. ſꝫ facit eū in quo eſt bn̄ cogitare/bn̄ dicere/bn̄ facere/ ⁊ de bonis gaudere. Inuidia vero tanq̄ꝫ ꝯtraria charitati ⁊ ſpirituiſcō: facit totū cōtrariū. Nā ipa facit hoīem ſꝑ mala cogitare. mala dicere. mala facere. ⁊ de malis gaudere. ¶ Primo inui

dia dicit' malū. q2 facit hoīem sp̄ mala cogitare. Nam
inuidis recte ꝯuenit qd̄ dicit dauid. Loquunt' pacem
cū ꝓximo ſuo: mala aūt in cordibus eoꝝ. ps̄. xvij. Inui
dus em̄ vt dicit ꝓpheta: pacē loq̄tur cū proximo ſuo ⁊
occulte ponit ei inſidias. Exemplū habem⁹ in libro re
gū de ioab ṗncipe militie regis dauid. q̇ inuidēs alio
militi. ſ. amaſe: eo ꝙ rex acceperat eū in amiciciā ſuam
et timens ne rex poneret eū in loco ſuo: cū obuiaſſet ei
in itinere dixit. ſalue mi frater. ⁊ tenēs ei⁹ mentū qua/
ſi volēs eū oſculari/ eduxit gladiū occulte ⁊ ꝑcuſſit euꝫ
in latere ⁊ occidit. ij. Regū. xx. Exemplū etiā habem⁹
de ſcribis ⁊ phariſeis: q̇ loquebant' cū chr̄o verb paci/
ficis vocātes eū magiſtrū. Et dicebāt. Magiſter ſci
m⁹ q2 verax es ⁊ viā dei in veritate doces. Math. xxij.
Ex alia ꝑte nō cogitabāt niſi vt poſſent eū accuſare et
morti tradere. Patz. q2 adduxerūt ei mulierē in adul/
terio dep̄henſam/ petētes ab eo an deberent eam lapi
dare vel nō. Johis. viij. Cogitātes ꝙ ſi diceret ꝙ lapi
danda nō eſſet: accuſarēt eū tanq̄ꝫ cōtrariū legi moyſi:
q̄ iubet adulteras lapidare. Sed ſi diceret ꝙ lapidan
da eſſet/ vocarēt eum p̄dicatorem falſitatis. q2 miſeri/
cordiā ſp̄ predicauit et ſine miſc̄dia eam lapidari iube
ret. Sed ip̄e vidēs eoꝝ malas cogitatōes ita rn̄dit ꝙ
miſc̄diam tenuit ⁊ iuſticiā nō dereliq̄t. nec aliquid con
tra legē dixit cū diceret. Qui ſine pctō eſt veſtꝝ ṗmus
in illā lapidē mittat ⁊c̄. Cum dixit (q̇ ſine pctō eſt) oſtē
dit iuſticiā. q2 iuſtū eſt vt immunis ſit a pctō qui aliū
de pctō ꝯdemnat. Nemo em̄ debet aliū ꝯdemnare de
pctō qd̄ habꝫ in ſe. Sed cū dixit mulieri (Nemo te cō
demnauit mulier: vade et ampli⁹ noli peccare) oſtēdit
miſc̄diam. q2 cum ip̄e eſſet ſine peccato: potuiſſet eā ad

mortẽ condẽnare ſi voluiſſet obſeruare legis moyſaice rigorẽ. Sed qꝛ volebat tollere rigorẽ legis ãtique que erat lex timoris: ⁊ ſtatuere legẽ euangelicã q̃ eſt lex dulcedinis ⁊ amoris. Inſup qꝛ erat ille qui ꝑ Ezechielem dixerat. Nolo mortẽ pctõris ſed magis vt cõuertat̃ et viuat. Ezech. xviij. ¶ Secũdo inuidia dicit̃ malũ. q̃a facit mala dicere. ⁊ hoc eſt de neceſſitate. qꝛ ſemꝑ mala cogitatio ꝓducit malã locutionẽ. dicẽte chr̃o Mathei xij. Ex abũdantia cordis os loq̃tur. Nam ſicut bonus homo de bono thezauro cordis ſui ꝓfert bonũ. ita malus hõ de malo thezauro cordis ſui ꝓfert malũ. qm̃ ꝓpriũ inuidoruꝫ eſt alijs detrahere. Iuxta illud. p̃s. xiij. Venenũ aſpidũ ſub labijs eoꝝ: ⁊ lingua eoꝝ gladius acutus. Et ſepulchrũ patens eſt guttur eoꝝ ad eructuandũ alioꝝ diffamatõem. Tales em̃ ſunt crudeles homicide aĩaꝝ qui comedũt carnes crudas ⁊ bibũt ſanguinẽ viuũ. Quia ſicut dicit quidã ſcũs. Detractor aĩaꝝ ſanguinẽ paſcit̃ quas gladio lingue ſue necat. Inſuper ꝓpriũ inuidoꝝ eſt dubia in partẽ peiorẽ interpretari Ideo has linguas venenatas timebat ſcũs Hiero. q̃ in oĩbꝫ ꝓlogis libroꝝ ſuoꝝ ꝑmo inuidis loq̃tur ne ipſi ꝑuerterẽt ea q̃ in libris ſuis obſcura vel dubia inuenirẽt. Ac etiã eoꝝ ꝓpriũ eſt ſi audiũt aliquẽ laudari/aut lauдẽ penitꝰ ſuffocare/aut ꝓ poſſe ſuo diminuere nitũtur Nã ſi dicat̃ corã aliquo inuido. ille ẽ bonus hõ: ſtatim negabit ſi p̃t vel ſi audet. ſi aũt nõ põt nec audet: dicit. verũ eſt niſi eſſet hoc vel hoc. ⁊ dicit aliq̃d malũ de illo vt fama bona diminuat̃. Exemplũ habemꝰ de ſcribis et phariſeis q̃ de chr̃o dicebãt ꝙ in beelzebub ꝑncipe demonioꝝ eijceret demonia Math. xij. Et qꝛ chriſtus comedebat cũ pctõribus q̃ indigebant doctrina et re/

Nota

medio eius: illi dicebāt ꝙ eſſet potator vini ⁊ amicus
pctōrum. Math. xi. ¶ Tertio inuidia dicit̄ malū. q꞉
inuidi ſꝑ ſtudent alijs male facere. de q̄bus dicit ſcrip
tura. Hieremie. iiij. Sapiētes ſunt vt faciāt mala. bn̄
aūt facere neſciūt. Nā pedes eoꝝ ad malū currūt ⁊ fe/
ſtināt vt effundāt ſanguinē. Nōne malū eſt ꝓprium fra
trē vēdere ſicut vēdiderūt filij iacob ioſeph fratrē ſuū
Geñ. xxxvij. Nōne malū eſt/ imo peius eſt ꝙ̄ ꝓmū: ꝓpri
um fratrē interficere? Hoc fecit chayn q̇ ex inuidia fra
trē ſuū abel interfecit Geñ. iiij. Nōne ⁊ peſſimū eſt ma
lū facere ⁊ de illo gaudere/ vt ꝙ̄plures faciūt: teſte ſcꝑ
tura Prouerb. ij. Letant̄ cū male fecerint et exultāt in
rebꝫ peſſimis. Sed audite dei iudiciū. Narrat beatꝰ
Gregoriꝰ exemplū in libro dialogoꝝ de florētio p̄ſbyte
ro. q̇ inuidēs bone fame ſcī Bn̄dicti: miſit ei q̄ſi ꝑ bn̄/
dictōe panē venenatū. quē btūs bn̄dictus cognoſcens
ꝑ ſpiritūſcm: p̄cepit coruo q̇ quotidie veniebat ad ipm
de nemore ꝓpinquo hora refectōis: vt tolleret eūdem
panē ad locū remotū vbi nulli noceret. qđ ⁊ fecit. Flo/
rētius vero q꞉ nō poterat occidere mgr̄m: conatus eſt
necare aīas diſcipuloꝝ. ⁊ fecit ſeptē puellas nudas tri
pudiare in horto iuxta cellas monachoꝝ. qđ btūs bn̄
dictus nō potēs ſuſtinere: poſuit anthoniū ꝓ ſe. receſſit
ꝙ̄ inde ad deſertū vnde venerat. Quo audito florēti/
us p̄ſbyter exiſtēs in quodā ſolario: vehemēter exulta/
uit. ⁊ ſtatim ſolariū ſuper ipm cecidit ac miſeꝝ inuidū
abſorbuit. Sicut inuidi gaudēt de malis q̄ faciūt et q̄
in alijs vident. ſic dolēt de bono alteriꝰ. Ideo vcatur
inuidus quaſi nō vidēs. q꞉ bonū alterius nō p̄t videre
ſine triſticia ⁊ afflictōe. Quapropt̄ dicebat Seneca ꝙ
vellet vt inuidi in oībus ciuitatibꝫ oculos haberēt q̄ri

nus ſingulorū pſperitatē cernētes: tot cruciatus ſuſti-
nerēt. Ideo Auguſtin⁹ ait. Nunq̄ melius torqueb in-
uidos q̄ꝫ virtutib⁹ ⁊ glorie ſeruiēdo. tūc em̄ latrāt vt ca-
nes. deuorāt vt leones. dentib⁹ ſtridēt. facie palleſcunt
et labijs tremūt. Et quidā poeta dicebat. Inuidus in-
uidia cōburitur intus ⁊ extra. Ideo dicamus. Sed li-
bera nos a malo. i. a peccato inuidie.

## De Malis Sermo. xliij.

Sed libera nos a malo) Mathei. vi. Poſtula-
mus in hac petitōe liberari nō tm̄ a malo inui-
die: ſed etiā ab om̄i malo culpe. videlicet a ma-
lo cordis. a malo oris. ⁊ a malo opis. ¶ Primo a ma-
lo cordis. Et iſtud malū eſt mala cogitatio: de q̄ perue-
nit ad malā delectatōem. q2 cū mala cogitatio placꝫ ⁊
nō expellit ⁊ in ea cū delectatōe diu manet: peccat mor-
taliter. q2 ratio ꝯſentit in delectatōem q̄ꝫuis nō ꝯſenti-
at in opus. ⁊ cōſenſus delectatiōis ꝓhibite facit pctm̄
mortale. ⁊ reputat pro facto. vt cū ꝯſentit in corde ſuo
ꝙ libēter faceret rem illicitā ⁊ a deo ꝓhibitā ſi locus ⁊
tp̄s ſe offerrēt. dicēte dn̄o. Qui viderit mulierē ad cō-
cupiſcendū eā: iam mechatus eſt eā in corde ſuo. Ma-
thei. v. Ex hoc ptꝫ ꝙ triplex eſt malū cordis. ſ. mala co-
gitatio. mala delectatio. ⁊ malus cōſenſus. Et ab hoc
triplici malo petim⁹ liberari. ⁊ merito/ q2 malum cor-
dis tria mala facit. Primo dānat ꝓprium ſubiectū. q2
dū hō habet cor pollutū praua volūtate: impoſſibile ē
ipm ad ſalutē poſſe ptingere. Ideo dicit dn̄s aīe rōna-
li quā videt mala volūtate deprauatā ſiue pollutā. La-
ua a malicia cor tuū hierl'm vt ſalua fias. Hierem. iiij.
Hierl'm q̄ interptat viſio pacis/ eſt aīa fidelis q̄ dꝫ ſu

per oīa curare ad ſeruandā cordis pacē. Scđo decipit
ꝓximū ſuū. Et ꝙ malū cordis decipiat ꝓximū patꝫ de
ꝓditoribꝫ. de q̇bus dicit͛ in. ps̄. xxvij. Loquunt͛ pacē cū
ꝓximo ſuo: mala aūt in cordibꝫ eoꝝ. Tales ſunt ſicut
iudas: q̇ oſculabat͛ dn̄m ore ⁊ traditōem eius cogita-
bat in corde Math. xxvi. Tertio offendit deū q̇ inſpe
ctor eſt cordis. iuxta illud. i. Regū. xvi. Nō videt ea q̄
patēt: deꝰ aūt intuet͛ cor. Et iō dicit dn̄s p Eſaiā. La
uamini mūdi eſtote ⁊ auferte malū cogitationū vr̄aꝝ
ab oculis meis Eſa. i. Et optime dicit (lauamini) mult
ti em̄ lauāt ſe ore ⁊ oꝑe ſed nō corde. ore ꝯfitēdo/ ⁊ oꝑe
nō ꝑpetrādo. nō corde: qꝛ hn̄t pctm̄ in volūtate. ⁊ ideo
licet nō ſint immūdi corā mūdo. tn̄ coram deo ſunt im
mūdi. Exemplū habemus in lucifero. q̇ ſola volūtate
eq̇parādi ſe deo quā corde habuit/ ita deū offendit ꝙ
deus eū irreuocabilit͛ de paradiſo expulit ⁊ eterne dā-
natiōi adiudicauit. Eſa. xiiij. ¶ Scđo a malo oris. de
quo ait apl's ad Ephe. iiij. Omis ſermo malꝰ ex ore
vr̄o nō ꝓcedat ⁊c. Sermo malꝰ eſt ꝑ quē blaſphemat͛
deus. vituperat͛ ꝓximus. palliat͛ ⁊ excuſat͛ propriū ſce
lus Ubi ponunt͛ tria mala q̄ procedūt de malo ſermo
ne. Primo blaſphemat͛ deus. Et ꝙ̄ periculoſuꝫ ſit de
um blaſphemare: oſtēdit Gregoriꝰ ponēs exemplū de
quodā puero. q̇ cū blaſphemare ꝯſueuiſſet ⁊ pat͛ eum
nō corriperet: ſemel cū pat͛ eū teneret inter brachia ſua
vidit ethiopes eū raꝑe volētes. ⁊ vertēs faciē ad patrē
ſuū ne videret eos: cepit blaſphemare. ⁊ demones ra-
puerūt eū de manu patris et detulerūt in aīa ⁊ corpe.
Scđo vituꝑatur ꝓximus. nec valꝫ excuſatio ꝙ ille vel
ille malū dixit de te. qꝛ apl's dicit. Nō reddētes malū
p malo/ ſed ecōtrario bn̄dicētes. i. Pe. iij. et ad Rom.

xij.et.i.Theſſ.v. Vñ ⁊ Gregori⁹ in omelia dicit Reg
nū celoꝝ nullus q̇ murmurat accipit. nullus q̇ accipit
murmurare p̄t. Tertio excuſat ⁊ palliat propriū ſce/
lus qđ petebat a ſe amoueri dauid qñ dicebat. Nō de
clines coꝛ meū in verba malicie ad excuſandas excuſa
tōes in pctis.ps.cxl. Exemplū habemus in p̄mis pa/
rentibꝫ poſt p̄uaricatōez diuini p̄cepti. Nam adā excu
ſauit ſe p̄ mulierē dicēs. Mulier quā dediſti ſociā mi/
hi:dedit mihi de ligno ⁊ comedi. Eua excuſauit ſe per
ſerpentē dicēs. Serpēs decepit me. Geñ.iij. Sed mul
ti filij ade ⁊ eue excuſant ſe p̄ naturā dicentes. ꝙ a pctō
abſtinere nō pn̄t propter fragilitatē nature: retoꝛquen
tes peccatū ſuū in auctoꝛē nature.i.in deum. qđ eſt fal
ſum.qꝛ ſi hō per naturā peccaret ⁊ nō p̄ voluntatē ꝓpri
am/deus iniuſte ip̄m dānaret. ¶ Tertio a malo ope
ris. Ad hoc malū reducunt tria. Primo innocentū p̄/
ſecutio quā faciunt ſuperbi. Vñ ananias dixit dño de
ſaulo. Dñe audiui de viro iſto quāta mala fecit ſcīs tu
is in hierl'm. Actuū.ix. Scđo paupeꝝ depꝛedatio quā
faciūt auari. de quo dicit ſalomon. Diuitie cōgregate
in malū dñi ſui. Eccl'iaſtꝫ.v. Tertio coꝛpis inq̇natio
quā faciunt luxurioſi. ſicut dixit daniel ſenibꝫ impudi
cis. Inueterati dierū maloꝝ nunc app̄hēderunt vos
mala veſtra q̄ operabamini cū filiabꝫ iſrl'/ ⁊ ille timen
tes loq̄bant vobis. ſꝫ nō filia iuda ſuſtinuit iniq̇tatē ve
ſtrā. Daniel.xiij. Ex iſta auctoꝛitate arguēdi ſunt q̇ iā
p̄uenerūt ad ſeniū ⁊ adhuc delectant impudice viuere
Precipue tñ coꝛripiēdi ſunt p̄ncipes. milites. ⁊ oēs in
poteſtate ꝯſtituti/ſiue ſint ſeculares ſiue p̄lati ac recto
res eccleſie. Silr' ⁊ ipſi iudices ac p̄cones vtroꝛūqꝫ ſta
tuū:q̇ multa mala faciūt ꝯuocātes ⁊ adducentes ad ſe

vrgines/cōiugatas/viduas indifferēter inducētes eas ad libidinē. que quidē/alie timore ducte/alie ꝓpter certas cauſas corā ipis depēdentes iudicib⁹ timētes ꝑdere fauorē illoꝝ. ꝓpter quas cauſas ſepe expendūt ꝯtinētias ſuas ꝯſentiētes libidini: licet inuite aliqñ ⁊c. Ve ergo illis prātib⁹ ⁊ iudicib⁹. q2 iudicabunt a daniele. i. a ieſu chr̄o. cui pater dedit oē iudiciū Joh. v. digni eternis cruciatib⁹. Sed ſi fueris bona mulier: exēplo iſti⁹ mulieris ſuſanne melius eſt tibi ꝑdere cauſam et vitā ꝙ̄ peccare. ⁊ dicere cū ſuſanna Meli⁹ eſt mihi incidere in man⁹ vr̄as ꝙ̄ peccare in ꝯſpectu dei mei. Dan. xiij. Et ꝙ̄ periculoſum ſit malū corꝑis inq̄natio: p3 in vita beati Gregorij. Nā cū ſerpēs magnus vaſtaret illā regionē deuorās hoies ⁊ iumēta ⁊ latibulū eius nō poſſet inueniri: rogauit dn̄m btūs gregorius vt locū ſibi oſtēderet. Et angelus dn̄i oſtēdit ei ſepulchꝝ cuiuſdā mulieris: cui⁹ corpus erat diuiſuz in duas ptes ⁊ inter eas cubabat draco. nec in alio loco ꝙ̄ in illo poterat ꝑmanere. q2 illa mulier carnē ſuaz diuiſerat ꝑ adulteriū. Graue ergo pctm̄ eſt adulteriū. cū in mortuis adulteris cubile ſuum faciat draco infernalis.

## De Malis Sermo. xliij.

SEd libera nos a malo) Math. vi. In hac vltima petitiōe petimus liberari a malo interiori. a malo exteriori. ⁊ a malo inferiori. ¶ Primo a malo interiori qd̄ eſt mortale pctm̄. Et dicit malū interius qm̄ oritur a volūtate deprauata. Iſtud malum multā nocet hoī. Primo q2 aufert ei lumē diuine grē et cognitōis recte. ſm̄ illud Sapieñ. ij. Malicia eoꝝ excecauit eos. Scd̄o q2 ponit eū in ꝯtinuo timore. ſm̄

illud Prouerb.x. Pauor his qui oꝑantur malū. Item
dn̄s ꝑ prophetā. Nō eſt pax impijs. Eſaie.lvij. Ter/
tio qꝛ ducit eū ad tormēta gehenne. qꝛ qui bona fecerīt
ibūt in vitā eternā. q̄ vero mala in ignē eternū: vt dicit
Athanaſius in ſymbolo ſuo. ¶ Scđo a malo exteriori
qđ eſt inhoneſta ꝯuerſatio. De qua p̄t exponi illđ aplī
.i. Theſſ.v. Ab omi ſpecie mala abſtinete vos Mala
ſpecies eſt illa que dat alteri occaſionē ſcandali. Scan
dalū vero eſt dictū vel factū vel ſignū minus rectū pre
bēs alteri occaſionē ruine. Et quātū malū hoc ſit: oſtē
dit chriſtus qn̄ dicit. Ve hoi per quē ſcandalū venit.
Math.xviij. Luce.xvij. Nā adeo malū eſt hoc ꝙ opa
de genere bonoꝝ q̄uis fiant bona intentōe/comitante
ſcādalo: fiūt mala. Et ponit̄ tale exemplū. Unus cle/
ricus vel ſacerdos ſcē vite frequenter vadit ad domū
alicuius ſcē mulieris/nō ꝓpter malū aliqđ ȝ vt ſuadeat
ei oīne bonū. Tūc vicini vidētes eū frequēter ingredī
ſcandalizant̄/iudicātes ꝙ nō frequētet domū eius niſi
cā pctī. Quid tūc debȝ facere ſacerdos? Certe ex q̊ ipe
ſcit ſcandalū alioꝝ/niſi abſtineat: mortalit̄ peccat Unn̄
apl̄s.i. Coꝝ.viij. dicit: ꝙ illi q̄ veſcunt̄ idolotitis occi/
dūt aīas ꝓpter quas mortuus eſt chr̄s. Et iō dicebat
de ſe. Si eſca mea ſcādalizat fratrē meū: non mādaca
bo carnē in eternū. Ibidē. Ergo ab oī ſpecie mala ab
ſtinete vos.i. Theſſ.v. Quia nō debet pelle lupi iudui
q̄ nō vult lupo ſilīs eſſe. ¶ Tertio a malo inferiori qđ
eſt dānatio eterna. de quo p̄t intelligi illud quod dicit
dn̄s pctōribus. Deutronō.xxxij. Congregabo ſuꝑ vos
mala. Uñ dicit mala in plurali. qꝛ in inferno nō eſt vnī
cū malū ſed plura. ꝛ maxime tria. Primū eſt ignis in/
extinguibilis/cū quo erit ſulfur: vt iacētes in illo igne

ſentiāt fetorē. Hoc dr Apoc. xix. Qui nō eſt inuentus in libro vite ſcriptus: miſſus eſt in ſtagnū ignis ⁊ ſulphuris. Scdm eſt vermis immortalis. de q̄ Eſaias ait. Vermis eorū nō moriet̃ ⁊ ignis eorū nō extinguet̃. Euiſdē vltimo. Iſte vermis eſt remorſus ꝯſcie q̄ nunq̄ morit̃. q: ſp damnat⁹ dolz de malo culpe mortalis: non intuitu diuine offenſe. ſ; q: p illud puenit ad malū pene. Tertiū eſt demonum viſio terribilis Vñ dicit ps. Peccator videbit ⁊ iraſcet̃ dentibus ſuis fremet ⁊ tabeſcet. ps. cxi. Quidā ſanctus dixit ꝙ mallet intrare clibanū accenſum q̄ȝ diabolū in propria ſpecie videre. quāta ergo erit pena qñ inſimul plus q̄ȝ centū milia videbit Sed nunq̇d ⁊ alia pena reperit̃ in inferno maior his trib⁹: Dicit Auguſtin⁹ ꝙ ſic. ⁊ eſt carētia viſionis diuine. Nam dānati plus dolebūt de amiſſione illius viſionis q̄ȝ de oībus penis in q̇bus ſunt. Itaq: q: mallent eſſe in inferno ⁊ deū videre: q̄ȝ in celo ⁊ cū nō videre. Dicamus ergo. Sed libera nos a malo. ⁊ pmaxime a malo culpe. q: nō habētes malū culpe/ non habebūt malum eterne pene.

## De ptibus penitētie Ser. xlv.

Sed libera nos a malo) Math. vi. Deus habet duas curias. miſcdie ſcz: que durat dū viuimus. ⁊ iuſticie/ ad quā in morte trāſimus. Curia miſcdie eſt mitiſſima. ⁊ ſi volumus recōciliari deo in pma/ liberabimur a ſcda. Hec recōciliatio fit p penitentiā. qm̄ offendim⁹ deū corde/ ore/ ⁊ ope Penitētia aūt habet tres partes. ſcz ꝯtritionem/ ꝯfeſſionem/ ⁊ ſatiſfactionē. ⁊ ſic reconciliatio fiet p cordis cōtritionem. oris confeſſionē. ⁊ opis ſatiſfactiōem. ¶ Prima pars

penitētie eſt cordis ꝯtritio q̄ recōciliamur deo ⁊ libera
mur a malo culpe. ⁊ hoc tangit ꝓpheta dicēs. Veniēs
in babylonē ibi liberaberis. Mych. iiij. Babylon in/
terp̄tatur ꝯfuſio. Cōfuſio aūt eſt duplex ſicut dicit ſcp̄
tura Eccli. iiij. Eſt ꝯfuſio adducēs mortē. ⁊ eſt ꝯfuſio
adducēs grām ⁊ gloriā. Confuſio adducēs mortē eſt
qn̄ hō ꝓpter verecundiā peccati nō vult ipſum ꝯfiteri
Hec ꝯfuſio ducit ad mortē aīe ⁊ corpis. ſicut infirmꝰ
q̄ pre verecūdia celat medico ſuū morbū interficit ſeip
ſum. Ideo dr̄ Prouerb. xviij. Qui abſcōdit ſcelera ſua
nō diriget. Cōfuſio adducēs grām ⁊ gl̄iam eſt qn̄ hō
de pctō ſuo ꝯfitet̄ ⁊ dolet ac erubeſcit de ipo. Iſta con
fuſio liberat a culpa ⁊ a damnatōe eterna. dicente dn̄o
ꝑ Ezechielem. xviij. Quacūqꝫ hora pctōr ingemuerit
oīm iniquitatū eius nō recordabor āplius. Ideo dicit
ꝓpheta. p̄s. l. Cor ꝯtritū ⁊ humiliatū deus nō deſpici
es ⁊c̄. Exemplū habemus de quadā peccatrice. que
audiēs ſermonē cuiuſdā ſancti viri videns periculū in
quo erat: corā oībus ꝯfiteri poſtulauit. ſꝫ ille q̄ predica
bat dixit vt expectaret donec ſermo finitus eēt. qđ ⁊ fe
cit. Sed cū fieret ſermo/ de pctīs ſuis cogitauit ⁊ intā
tum doluit ⁊ corā deo erubuit ꝙ pre verecūdia ⁊ dolo
re finito ſermone mortua fuit inuēta. qđ cū nūciatum
eſſet p̄dicatori: rogauit ppl'm vt oraret pro ipa. Et ec/
ce vox de celo dicēs. Nō oretis pro ipſa qꝛ nō indiget
orōnibus veſtris/ ſꝫ vos magis indigetis orōnibꝫ ſuis
qꝛ ꝯtritio ⁊ ꝯfeſſio quā habuit corā deo fuit tāta ꝙ vir
tute eius liberata eſt ab oī culpa ⁊ pena et nūc in celis
eſt collocata. In cuius ſignū apiatis eā ⁊ inuenietꝭ cor
eiꝰ pre dolore ⁊ ꝯfuſione ſciſſum. Ergo ſcindite ⁊ vos
corda veſtra ⁊ nō veſtimenta vr̄a. Iohelis. ij. ¶ Scd̄a

pars penitētie eſt oꝛis ꝯfeſſio: qua recōciliamur deo ⁊
liberamur a malo culpe. dicēte chꝛo. Cognoſcetis ve/
ritatē ⁊ veritas liberabit vos Joh. viij. Jlle cognoſcit
veritatē qui oīa pctā ſua ⁊ oēs circūſtantias aggrauā
tes pctm̄ in ꝯfeſſione aperit ac veraciter exꝓmit cū ꝓ/
poſito abſtinēdi ac ſatiſfaciēdi. ⁊ hec veritas liberat a
culpa ⁊ pena. qꝛ ſicut dicit Aug⁹. Si hō cognoſcit/ de
us ignoſcit. ſi hō accuſat deus excuſat. Sic cognoſce/
bat veritatē dauid qn̄ dicebat. Delictū meū ꝯgnitū ti
bi feci ⁊ iniuſticiā meā nō abſcōdi. p̄s. xxxi. Nā ꝯfeſſio
eſt quoddā cooptoꝛiū qꝺ cooperit pctā coꝛam demo/
nibꝫ ne poſſint ea cognoſcere ⁊ accuſare. coꝛā angelis ⁊
hoibus ne poſſint cōtra pctōꝛem teſtimoniū ꝑhibere.
coꝛā deo ne poſſit pctōꝛem ꝓpter ipa vindicare ⁊ ꝯdē/
nare. Vn̄ per ꝯfeſſionē acquirit illa beatitudo de qua
dicit. p̄s. xxxi. Beati quoꝝ remiſſe ſunt iniq̄tates ⁊ q̄/
rum tecta ſunt pctā ⁊c̄. Et de hoc audite pulcrū exem
plū. Narrat de quodā chꝛiſtiano ſcelerato quē quidā
paganus emit. ⁊ qꝛ eū fidelem inuenit/ claues domus
ſue ſibi cōmiſit. Habebat aūt paganus ille filiā innu/
ptā quā ille chꝛiſtianus dilexit ⁊ impͥgnauit/ iuramen
to ab ipa ſtatuto ꝙ nō reuelaret eū vllo modo. Habe
bat aūt paganus ille imaginē in q̄ demon erat q̄ de oc
cultis ſibi reſpōdebat. quē timēs chꝛiſtianus/ venit ad
quendā ſacerdotē ⁊ ꝯfeſſus eſt veraciter ei illud pctm̄
et omia alia. ⁊ penitētia accepta rediit. Cū autē paga/
nus cognouiſſet filiā ſuam pregnantē ⁊ illa nollet ꝓde
re ſtupꝛi actoꝛē: petiit veritatē a demone q̄ erat in ſuo
ſimulachꝛo. Qui rn̄dit. Solebā cognoſcere amatoꝛē
filie tue ꝫ modo eū nō cognoſco. qꝛ quodā precioſo vn
guento vnctus eſt qꝺ aufert mihi noticiā eius. Admi

rans paganus ꝯgnouit ꝙ eſſet ille chriſtianus. ⁊ pmit
tens ei ſecuritatē: didicit ab eo veritatē dicēs ꝙ chriſti
ſacramēta ſunt ꝯtra morbū pctōꝝ. ⁊ inter ipa ſacramē
tū ꝯfeſſionis eſt tāte virtutis ꝙ nō ſinit diabolū habe
re noticiā pctōꝛis Quo audito paganus ipe cū filia ac
familia ſua ſe baptizari fecit. ⁊ filiā ſuā illi chriano in
vxorē dedit. Et ſic cōfeſſio pura ipm a pctō ſtupꝛi libe
rauit. ⁊ illos a ſtatu infidelitatis ac dānatōis. ¶ Ter
tia ps penitētie eſt opis ſatiſfactio q̄ recōciliamur deo
et liberamur a malo culpe. Nā in ſatiſfactōe vita mu
tat̄ ⁊ melioꝛat̄ in ope. qm̄ de oibus mēbꝛis ſuis q̇bus
impugnauit deū nitit̄ placare eū. Iuxta illud qđ dicit
apl's ad Ro. vi. Sicut inq̇t exhibuiſtis mēbꝛa veſtra
ſeruire immūdicie ⁊ iniq̇tati ad iniq̇tatem / ita nūc ex
hibete mēbꝛa vr̄a ſeruire iuſticie in ſanctificatōez Ocu
lis ſcz pctā deflendo. auribꝫ ſermones et miſſas audiē
do. oꝛe deū p̄dicando. pedibꝫ ad eccl'iam eūdo ac pere
grinādo. manibꝫ elemoſynas dando. ⁊ totū coꝛpus in
pn̄a affligendo. Et addit apl's loco q̄ ſupꝛa Liberati
q̄ a pctō / ſerui aūt facti deo habetis fructū vr̄m in ſcifi
catōem: finē vero vitā eternā. Et de hoc habemus exē
plū in illa magna peccatrice maria magdalena. q̄ vt di
cit Greg⁹. Quot in ſe habuit oblectamenta: tot de ſe
obtulit holocauſta. Oculis em̄ q̇bus aſpexerat vanē
tes q̊s male ꝯcupierat ⁊ ad peccandū attraxerat / lacri
mas fudit quibꝫ pedes dn̄i lauerat. Capillis q̊s male
coluerat pedes dn̄i terſit. vnguento q̊ male vſa fuerat
pedes dn̄i vnxit. coꝛpus qđ in pctō ꝓſtrauerat / añ pe
des dn̄i ꝓſtrauit Luc. vij. Et idē coꝛpus ꝑ triginta an
nos in penitētia afflixit. ita vt liberata a pctō ſerua au
tē facta dn̄i. ad tantā ſanctitatē deuenit ꝙ angeli ſepti

es in die leuabāt ipſam in aera ⁊ nutriebāt eam cantu ſuo ⁊ celeſti melodia. ⁊ nūc eſt in celis coronata ⁊ in terris honorata. ⁊ ſic ꝑ mutatōem vite eſt ab oī culpa et pena ꝑfecte liberata Cuius exēplo ⁊ nos de manu inimicoꝝ noſtroꝝ liberati: ſeruiam⁹ illi in ſanctitate ⁊ iuſticia oībus diebus noſtris Quod nobis preſtare dignet ieſus chr̄s q̄ eſt bn̄dictus in ſecula ſeculoꝝ Amen.

## De Liberatione Sermo. xlvj.

SEd libera nos a malo) Mathei. vi. Liberat nos dn̄s ab om̄i malo culpe ⁊ pene ſicut liberatur in caſtro obſeſſus. debitis obligatus. et in mari poſitus. ¶ Primo liberat in caſtro obſeſſus per inuocatiōem dn̄orū fideliū. Aīe em̄ nr̄e obſeſſe ſunt in caſtro noſtroꝝ corpoꝝ: a mūdo/ carne/ ⁊ diabolo q̄ per infinitas tentatōes querūt murū caſtroꝝ. i. ꝟtutes deſtruere ⁊ in pctm̄ deijcere. Si nos nō poſſum⁹ eis reſiſtere debem⁹ mittere nunciū. i. orōem ad deū q̄ parat⁹ eſt nob ſuccurrere ⁊ ab hoſtib⁹ nos liberare ſi videt fidelē nunciū ex ꝑte nr̄a. Videl nūcius ē humil orō: quē nunciū mittebat dauid qn̄ dicebat. Intret in cōſpectu tuo orō mea. ps. lxxxvij. Ubi dt gloſa. Magna ꝟtus orōis oſtēdit que q̄ſi q̄dam nūcius ad deū intrat ⁊ illic mandatū ꝑagit quo caro ꝑuenire neq̄t. Et Eccl'iaſtici. xxxv. dicit. Oratio humiliātis ſe penetrat nubes: et donec appropinquet nō ꝯſolabit. nec diſcedet donec altiſſim⁹ reſpiciat eā. Iſtū nūciū miſit ſara filia raguelis cui ācilla īproperauit q̄ ipa interfeciſſet ſeptē viros q̄s habuerat. ⁊ nō dixit veꝝ ſʒ diabol⁹ interfecit eos q2 ducebāt eam nō amore ꝓlis ſʒ cauſa ſaturāde libidinis. Et dicit ibi q̄ ipſa ſara aſcēdit in cubiculū ſuū ſuperius. ⁊



tribus diebꝫ ac noctibꝫ nõ manducauit neqꝫ bibit.ſed
in orõnibus ꝑſiſtens cũ lachrymis dep̄cabat̄ deum vt
ab iſto improperio liberaret eã. Thobie.iij. Septem
viri ſare.i. aĩe fidelis ſunt ſeptẽ dona ſpũſſancti q̊s ſi/
ue que totiẽs aĩa in ſe interficit quotiẽs pctõ mortali
cõſentit.ſed ꝑ deuotã orõnem ab iſto improperio libe/
rat̄ qꝛ culpa ſibi dimittit̄ ꝛ dona ſpũſſancti reſtituunt̄.
¶ Scdõ liberat̄ debitis obligatus ꝑ thezaurꝫ ꝓprium
Omñes ſumus debitis obligati. qꝛ ꝓpter pctã ſumus
ad aliquã pñiam aſtricti. In multis ei offendimꝰ oẽs
Jacobi.iij. Deus aũt nullũ malũ dimittit impunitũ ꝛ
nullus eſt q̇ ſit ſine pctõ/vt ſupra dictũ eſt. teſte eo qui
ait. Si dixerimus qꝛ pctm̃ nõ habemus ipſi nos ſedu
cimus ꝛ veritas in nobis nõ eſt. Joh.i. Ergo nullus
eſt q̇ ſit ſine debito pene. Ab his aũt debitis poſſumꝰ
liberari ꝑ thezaurꝫ ꝓprium.i.ꝑ elemoſynas de ꝓpria ſb/
ſtantia factas.ſcḋm qḋ dixit daniel regi babylonie. Rex
audi ꝯſilium meũ.pctã tua elemoſynis redime. Dañ.
iiij. Et ſicut dicit̄ in libro thobie. Elemoſyna a morte
aĩam liberat.purgat pctã.ꝛ facit inuenire vitã eternã.
Thob.iiij. Exemplũ habemus in ſancta elizabeth fi
lia regis hũgarie.que adhuc puella exiſtẽs/q̇cquid po
terat inuenire in archa.in coq̇na.in menſa.vel alibi: to
tũ pauꝑibus tribuebat. ꝛ cũ circa natale dñi ſemel de
coq̇na exiret ꝛ carnes in gremio (quas coq̇narijs fura
ta fuerat)pauꝑibus deferret:rex videns eã exeuntẽ de
coq̇na/fecit ad ſe duci. ꝛ inq̇ſita q̇d portaret in gremio
reſpõdit ſe roſas portare.ꝛ apto gremio inuẽre ſunt ro
ſe pulcerrime ꝛ fragrãtiſſime. Et licentiata a rege/qḋ
portabat pauꝑibus dedit.q̇ nõ roſas ſed fruſta carniũ
recepcrũt. Et ſic liberata eſt ꝑ elemoſynã a timore pa/

tris ſui. ¶ Tertio liberat̃ in mari poſitus ꝑ manus
nautarũ ducentiũ nauem ad portũ. Mare eſt mũdus
iſte. ſicut dr̃. ps. ciij. Hoc mare magnũ ꝛ ſpacioſum ma
nibꝫ. Eſt ꝛ mũdus iſte mari periculoſioꝛ. qꝛ in occeano
qñ vnus ſubmergit̃/ decẽ euadunt. ſed in hoc mari pro
vno ꝙ euadit decẽ pereunt. Nã tot ſunt in mũdo peri-
cula ꝛ tot cauſe ꝑditõis ꝙ mirũ eſt quõ aliqͣs põt ꝑue
nire ad ſalutis portũ. Qui vero vult hoc mare euade-
re ꝛ ad ſalutis portũ pertingere/ adhereat naui. i. cruci
dñice: que dr̃ nauis. qꝛ ſicut illi ꝙ ſunt in mari mediãte
naui ad portũ ꝑueniunt. ſic oẽs qui in mundo ſunt vel
fuerũt/ ꝑ crucem dñi ad portũ ſalutis eterne ꝑueniunt
ſi cruci ꝛ paſſioni dñice toto deſiderio adherẽt. ꝛ aliter
ꝙꝫ ꝑ crucem impoſſibile eſt aliquẽ poſſe ſaluari. Ideo
dicit̃ in libro Sapiẽtie. Exiguo ligno credũt homines
aĩas ſuas ꝛ tñſeuntes mare ꝑ ratem liberati ſunt. Sa
pieñ. xiiij. Crux vocat̃ lignũ exiguũ ꝛ deſpectũ. ꝙa erat
latronũ patibulũ in quo voluit dñs ſuſpẽdi vt nos li-
beraret a patibulo inferni. Huic ligno credunt hoĩes
aĩas ſuas. quia ꝑ virtutẽ crucis chriſti credũt ĩpas ſal
uãdas. ꝛ trãſeuntes mare. i. mundũ liberati ſunt. ſcꝫ ꝙ
adheſerũt cruci ꝑ fidem ꝛ dilectõem atꝙꝫ ſpem. Illi ve
ro ꝙ taliter [illegible] nõ adheſerũt: nõ ſunt ſaluati ſeu libe-
rati. Et de hoc [illegible]mus exemplũ in duobꝫ latronibꝫ:
quorũ vnus ꝑ fidẽ ꝛ dilectiõem noluit adherere cruci
chriſti. Vñ dixit. Alios ſaluos fecit/ ſeipm̃ autẽ ſaluũ
facere nõ põt: ſi filius dei es ſaluũ fac temetipm̃ ꝛ nos
Luc. xxiij. Et qꝛ naute nauis. i. chr̃o nõ adheſit ſeu no
luit adherere ꝑ fidem ꝛ dilectõem: eadẽ die demerſus
eſt in infernũ. Alius vero adheſit naute nauis. ſ. chr̃o
ꝑ fidem ꝛ dilectõem, qꝛ dilexit/ patꝫ. qꝛ ſocium blaſphe

Habeto

mantẽ increpauit allegãdo chr̄i innocentiã. Vñ dixit Neqꝫ tu times deũ qui in eadẽ damnatõe es. nos qui dẽ digna factis recipim⁹/ hic aũt q̇d mali fecit: Et q̇a credidit: ꝯuertit ſe ad chriſtũ dicẽs Memẽto mei dñe dũ veneris in regnũ tuũ. Si nõ crediſſet eũ eſſe verꝝ deũ/ regnũ paradiſi ab eo nõ poſtulaſſet. qꝺ nullus dare p̄t niſi ſolus deus. Et q꞉ in fide ꝛ dilectiõe adheſit: eadẽ die cũ chr̄o ad portũ ſalutis ꝑuenit. Vñ dñs dixit ei Hodie mecũ eris in paradiſo. ꝛ ſic fecit. In paradiſo em̄ eſſe eſt deũ manifeſte videre. Et tã delectabil̄ eſt illa viſio ſicut dicit Aug⁹. ꝙ ſi illa viſio in ĩferno cũ ſanctis habitatoribꝫ poneret̃: mox infernus in amenisſimũ ꝯuerteret̃ paradiſum. Et dicit (cũ ſcĩs habitatoribꝫ) q꞉ mali nõ poſſent eũ videre nec in inferno nec alibi. qm̄ deitatis viſio ſine ſumma delectatõe eſſe nõ p̄ot Et q꞉ ipi oĩ delectatõe ꝛ oĩ bono ſunt indigni. iõ ſcriptũ eſt. Tollat̃ impius ne videat gloriã dei Eſaie. xxvi. Qui ergo hanc faciẽ delectabilẽ cupit videre: ponat ſe in cruce chr̄i ꝑ fidem ꝛ dilectõem. ꝛ in cruce penitentie affligendo ꝓpriã carnẽ ad chr̄i imitatiõem. ꝛ ſic poterimus ire poſt eũ ad eterne ſalutis portum.

## De Sacramẽtis Sermo. xlvij.

Amen) Iſtud verbũ addit̃ orõni dñice ad p̄cedentiũ ꝯfirmatõez. Eſt em̄ dictio greca vel hebraica. ꝛ aliq̄n tenet̃ noĩaliter ꝛ tunc idẽ eſt qꝺ veritas. Et iſto mõ accipit̃ q̄n dicit̃ in euãgelio. Amẽ amen dico vobis. Aliq̄n capit̃ verbalit̃. et tũc amẽ idẽ eſt qꝺ fiat. Nã hebreus ꝓ fiat habet amẽ. cũ dicit̃. Bñdictus dñs deus iſrl̄ a ſeculo: ꝛ vſqꝫ in ſeculũ fiat fiat. p̄s. xl. hebreus dicit amen amen. Aliq̄n vero tenet̃ ad

uerbialiter. ⁊ tūc amen idē eſt qđ ſine fine vel ſine defe
ctu. Et đꝛ ab a qđ eſt ſine ⁊ nemo qđ eſt defectus. ⁊ ſic
accipiť in miſſa qñ dicimus. Per oīa ſcl'a ſeculoꝝ amē
vn⁹. Si ponā amen ꝓ verū: ſit tibi nomē. Sed ſi ſit ꝑo
ſitū ꝓ fiat: ſit tibi verbū. Si ſine fine notat: ſe poſt ad-
uerbia iactat. Nos aūt dicimus amen ꝓ fiat in oꝛōne
iſta ſcꝫ dñica. Ille eſt amē. i. ſine fine ⁊ ſine defectu q̇ in
noua lege iurādo dicit amen. Et illud iuramentū fuit
chꝛiſtiane religionis inſtitutiuū. Nā chꝛiſtiana religio
et ſumma noſtre ſalutis ꝯſiſtit in trib⁹ ſacramētis. i. in
baptiſmo. penitētia. ⁊ eucharistia. Quidam vero ad-
dunt quartum. ſ. fidem reſurrectōis. ¶ Primum ho-
rū ſacramētoꝝ videlicꝫ baptiſmus/ eſt maxime neceſſi
tatis. ⁊ hoc iurat chꝛiſtus dicēs ꝙ ſine ipſo nullus pōt
ſaluari. Vñ in euāgelio ait nycodemo legiſperito qui
venit ad eū nocte vt de fonte ſapiētie eius poſſet aliq̇d
haurire. Amē dico tibi niſi q̇s natus fuerit denuo: nō
pt videre regnū dei. Et nycodemus reſpōdit Quō pt
hō naſci cū ſit ſenex: nunq̇d pt in ventrē matris ſue ite
rato introire ⁊ naſci: Cui dñs. Amen dico tibi niſi q̇s
renat⁹ fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſcꝫ ſancto nō pōt introi-
re in regnū dei. Quod natuꝫ eſt ex carne/ caro eſt. ⁊ qđ
natum eſt ex ſpiritu/ ſpūs eſt. Johis. iij. Et dicunt ali-
qui ꝙ dominus quādo dixit iurādo iſta verba: tūc de
dit legem baptiſmi. ſed eam cōfirmauit qñ fuit a iohe
baptizatus in flumine ioꝛdanis. Math. iij. Marci. i.
Nō aūt indigebat chꝛiſtus baptiſmo: cū eſſet ſine pec
cato. ſed voluit baptizari vt tactu ſue carnis aq̄s ſan-
ctificaret ⁊ virtutē baptiſmatis oſtēderet. Cuius vir
tus eſt pꝛimo celum aperire. nam anteq̄ꝫ homo eſt ba-
ptizatus/ celum eſt ſibi clauſum ꝓpter oꝛiginale pctm̄.

In baptiſmo vero ip̄e mundat̄ ⁊ celū eſt ſibi apertum
q2 ſi ſtatim de corꝑe migraret: ſtatim ad celū euolaret
Et in figura huius qn̄ iohes baptizauit chriſtū/ vidit
celos aꝑtos ſuꝑ eū. Scd̄o ſpiritūſcm̄ dare eſt ỽtus ip
ſius baptiſmi. qui ſpūſſanctus eſt aīe chriſtiane pign⁹
et arra hereditatis eterne. In cui⁹ figura qn̄ chr̄s bap
tizatus eſt deſcēdit ſuꝑ eū in ſpecie colūbe. Tertio ba
ptiſmi virtus eſt facere filiū dei de illo q̄ erat fili⁹ dia/
boli. In cuius figura qn̄ chr̄s fuit baptizat⁹ venit vox
de celo. Hic eſt filius meus dilect⁹ in q̄ mihi bn̄ cōpla
cui. Math. iij. Et q2 nullus p̄t ſp̄mſanctū recipere nec
filius dei ꝑ grām eſſe q̄ nō habeat totaz trinitatē que ē
vnus verus deus. ideo in chr̄i baptiſmo apparuit tota
trinitas Pater in voce. filius in carne. ⁊ ſpūſſcūs in co
lūbe ſpecie. Chriſt⁹ ergo cū iuramēto ſtatuit ſacramē/
tū baptiſmi/ ⁊ ſtatutū recipiēdo ꝯfirmauit. ſtatutū au
tē ⁊ cōfirmatū ꝓmulgauit ac publicauit/ qn̄ poſt reſur
rectōem ſuā apl'is dixit. Ite docete oēs gentes bap
tizātes eos in noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti ⁊c. q̄ vero
nō crediderit/ ꝯdemnabit̄. Math. xxviij. ¶ Scd̄m ſa/
cramentū eſt maxime ſecuritatis. videlicz penitētia. q̄
eſt ſcd̄a tabula poſt naufragiū qd̄ incurrit q̄ poſt bap/
tiſmū cadit in mortale pctm̄. Et ideo chr̄s iurat. ꝙ ni
ſi pctōres penitentiā agant: nō poterūt celoꝝ regnū in/
trare. Vn̄ ſic ait. Amē dico vobis niſi ꝯuerſi fueritis
et efficiamini ſicut ꝑuuli/ nō intrabitis in regnū celoꝝ
Math. xviij. Inſuꝑ iurat dn̄s ꝙ nec ſcia nec dignitas
aliq̄ nec veſtis religioſa pōt ſaluare aliquē ſine pn̄ia. ⁊
ꝙ nō eſt aliq̄s tantus pctōr q̄ ſaluari non poſſit ſi verā
penitentiā facere velit. qm̄ ſacerdotib' ⁊ religioſis ⁊ le
giſperitis q̄ confidebant de dignitate/ ſcia/ ⁊ exterior/

religione ⁊ nolebāt agere penitentiā: dixit. Amen dico
vobis publicani ⁊ meretrices p̄cedent vos in regno ce
loꝝ. Math. xxi. Publicanus. i. publicus petōꝛ fuit la
tro ad dexterā chr̄i ſuſpēſus: cui (qꝛ penituit ⁊ pctā ſua
ꝯgnouit) dn̄s cū iuramēto dixit. Amē dico tibi hodie
mecū eris in paradiſo. Luc. xxiij. ¶ Tertiū ſacramen
tū in quo ꝯſiſtit chriſtiana religio ⁊ qd̄ chr̄s cū iuramē
to ſtatuit eſt ſacramentū euchariſtie: qd̄ eſt magne dig
nitatis. qꝛ ibi veraciter ꝯtinet̄ ieſus chr̄s verus deus ⁊
verus hō. Vn̄ ait Joh. vi. Amen dico vobis niſi mā-
ducaueritis carnē filij hoīs et biberitis eius ſanguinē
nō habebitis vitā in vobis. Qui mādučat carnē meā
et bibit meū ſanguinē, habꝫ vitā eternā. Pro iſto ſacra
mēto iurauit: qꝛ erat valde difficile credere ꝙ ſub ſpe-
cie panis eſſet chr̄s totus. Vn̄ quidā hoc audiētes di
xerūt. Durus eſt hic ſermo ⁊ q̇s p̄t eū audire. ⁊ receſſe
rūt ab ip̄o. Qd̄ intuens dn̄s, dixit apl'is. Nunquid ⁊
vos vultis abire: Petrus aūt p̄ oībus rn̄dit. Dn̄e ad
quē ibimus: verba vite eterne habes. nos aūt cogno-
uimus et credimus qꝛ tu es chr̄s filius dei: q̇ ſcꝫ iſtud
nobis iuraſti ⁊ q̇ nō potes mētiri nec fallere. Et ideo
debet hō plus credere iuramēto ⁊ verbo diuino ꝙ̄ cor
di ſuo. Et qꝛ iurando chr̄s addit: ⁊ ego reſuſcitabo eū
in nouiſſimo die. Joh. vi. ſcꝫ q̇ crediderit in ſacramēto
euchariſtie. Ideo ab aliq̇bus dr̄ ꝙ fides reſurrectōis
eſt aliud ſacramentū in q̊ ꝯſiſtit chr̄iana religio. Iſtud
aūt eſt ſacramentū maxime felicitatis. qm̄ credētes in
chriſtū in die iudicij reſurgēt in aīa ⁊ coꝛpe et intrabūt
in regnū eterne quietis. ⁊ hoc chr̄s iurauit dicēs. Amē
dico vobis qꝛ venit hora ⁊ nūc eſt. quia ꝓpe eſt. nā vita
p̄n̄s reſpectu eternitat; nō eſt niſi quoddā nūc ⁊ qͦdā

momentaneũ. ⁊ addit: qñ mortui audiẽt vocẽ filij dei
et ꝓcedent: q̇ bona fecerũt in vitã eternã. q̇ vero mala
egerũt/ in reſurrectõem iudicij. Johis. v. Naȝ iuſtũ eſt
vt boni q̇ ſeruiẽt deo cũ aĩa ⁊ corpe ꝙ remunerent̃ ab
ipſo in vtroqȝ. ⁊ mali q̇ offenderunt in vtroqȝ/ ꝙ in aĩa
et corpe puniãtur. Jurauit aũt dñs pro iſto ſacramen
to. q: multi dubitabãt de reſurrectõe nõ attẽdentes ꝙ
ille q̇ fecit oĩa de nihil: p̃t reformare corpa noſtra de li/
mo terre. cũ videamus hominẽ ingenio ſuo vitra pul/
cerrima ⁊ puriſſima ⁊ clariſſima facere de ſilicis cine/
re turpi ⁊ nigro. Nos aũt abſqȝ dubitatõe credamus
reſurrectõem cũ iuramento inſtitutam. qm̃ iob homo
gẽtilis qñ chriſti aduentũ credebat reſurrectiõem ſine
iuramẽto dicẽs. Credo ꝙ redẽptor me⁹ viuit ⁊ in no
uiſſimo die de terra ſurrecturus ſum ⁊ in carne mea vi
debo deũ ſaluatorem meum. Job. xix.

## De Juramẽto Sermo. xlviij.

Amen) In fine orõnis dñice qñ dicimus (amẽ)
optamus ⁊ rogamus deũ vt eueniat ſicut peti
mus. ⁊ tũc amen idẽ eſt quod fiat ⁊ tenet̃ opta
tiue. Sed qñ dicit. amẽ dico vobis: tũc amen idem eſt
qđ veritas. ⁊ eſt ſenſus: veritatẽ dico vobis. ⁊ tũc tenet̃
iuratiue. Jurat em̃ dñs ꝑ veritatem. i. ꝑ ſeipm̃ q̇ eſt ve
ritas. Vñ ait Johis. xiiij. Ego ſum via veritas ⁊ vi/
ta. Via in exẽplo. i. in opere. qđ quilibet debet ſeq̇ qui
vult ipm ſeq̇. Veritas in vbo cui dȝ credi/ q: nõ p̃t mẽ
tiri vt dr̃ ad Hebreos. vi. Impoſſibile eſt deũ mentiri
Vita in p̃mio. qđ quilibet debet deſiderare Dicendo
ergo (amen) iurat per ſeipm̃ qui eſt veritas. Vñ apl's
ad Hebreos. vi. Omnes hoĩes ꝑ maiorẽ ſui iurãt. ſed

quia chriſtus nō habet maiorē ſe cum ſit deus. ideo iu‑
rat ꝑ veritatem. i. ꝑ ſeipm̄. nā ſicut pater ⁊ filius ⁊ ſpi‑
ritusſanctus ſunt vnꝰ deus ⁊ vna eſſentia: ſic ſunt vnū
amen ⁊ vna veritas. Iſtud aūt iuramentū quod facit
chriſtus in lege euāgelica ꝑ amen: nō eſt contemnendū
ſed honorādum. qꝛ eſt vane ſupſtitionis reprobatiuū.
humane p̄ſumptōis repreſſiuū. ⁊ euāgelice ꝑfectionis
remuneratiuū. ¶ Primo iuramētum chriſti eſt vane
ſupſtitionis reprobatiuū. Uana ſupſtitio. i. falſa reli‑
gio eſt habitus religionis qn̄ accipit nō cauſa ſeruiēdē
deo ſed cauſa habēdi ſecuritatem de cibo q̊tidiano. vt
ptꝫ in illis q̇ ſaturati ſunt ex q̇nqꝫ panibꝫ ⁊ duobꝫ piſci‑
bus. Math. xiiij. Marci. vi. Luce. ix. Joh. vi. Nā illi
vidētes hoc ſignū querebant eum facere regē. ſed chri‑
ſtus abſcondit ſe ab eis. Et poſtea illis ad eū venien‑
tibꝫ dixit. Amen dico vobis queritis me quia mādu‑
caſtis ex panibꝫ et ſaturati eſtis. Ille facit chriſtū regē
ſuꝑ ſe qui ꝓmittit obedientiā prelato q̇ ſuꝑ ſuos ſubdi‑
tos eſt loco chr̄i. ⁊ qꝛ multi faciūt hoc ꝓpter habēdum
panē corporis: ideo dn̄s non vult habere regimen ſuꝑ
tales. ſed abſcōdit ſe ab eis vt nunqꝫ videāt faciē eius
in regno ſue maieſtatis. De q̇bus timendum eſt illud
Leonis pape dicētis. q̶ vix bono ꝑagunt exitu q̄ ma‑
lo ſunt inchoata principio. lxi. diſt. ca. Miramur. i. q. i.
Principatꝰ. et. ca. Cū paulus. Exēplū habemꝰ in iu‑
da q̇ videbat deū ſeq̇ bona intentōe: ⁊ ipe ſeqbat eū lu‑
cri intentōe ⁊ cupiditate. nā fur erat Joh. xij. De q̊ dn̄s
cū iuramēto dixit. Amen dico vob qꝛ vnus veſtrū me
traditurus eſt. Et addidit. Qui intingit manū mecū
in parapſide: ille me traditurus eſt. Et ꝯcludit poſtea
Uerūtn̄ ve hoī ꝑ quē filius hoīs tradet. Math. xxvi.

¶ Scđo iuramētū chꝛi eſt humane pſumptiõis repſſi
uū. ſicut ptꝫ in aplis q̇ iurabāt ꝙ oēs ꝓpter chꝛm moꝛi
parati eſſent. q̇bus dñs dixit imminēte paſſiōe ꝙ oēs
relinquerēt eū in illa nocte. Et petro dicēti ꝙ nec ꝓpter
moꝛtē nec ꝓpter carcerē ipm̄ relinqueret: dñs rn̄dit cū
iuramēto dicēs. Amen dico tibi qꝛ in hac nocte anteq̄
gallus bis cātet: ter me negabis Math. xxvi. Marc.
xiiij. Luc. xxij. Quia petrus pſumebat de virtute ſua
dñs oſtēdit ſibi quāta eſſet infirmitas ſua/ vt ipe q̇ fu
turus paſtoꝛ erat: ↄſiderata ꝓpria infirmitate ſciret cō
pati aliene infirmitati. nec abhoꝛreret pctōres cōuerti
volētes ad dn̄m: cū ipſe timoꝛe negaſſet dn̄m. Non ſo
lū dñs oſtēdit in iſto iuramēto paſtoꝛis infirmitatē. ſꝫ
etiā nrām. qꝛ ſi tāta colūna cadere potuit: nēo de ſua ſta
bilitate pſumere deberet. Et multū ↄuenit paſtoꝛi vt
ↄpati ſciat ouicule infirmitati ſeu infirmāti. Nā q̇dā
ſacerdos abhoꝛrēs pctā cū q̇dam pctōꝛ ↄfitebat ei/ ſa
cerdos ad ſingula pctā expuebat. Qui cōfitens dixit.
Ex quo ad minoꝛa tantū expuitis: ſi maioꝛa confiterer
vos vomere opoꝛteret. ⁊ receſſit ſine fructu ↄfeſſionis
¶ Tertio iuramētū xpi eſt euāgelice pfectōis remune
ratiuū. Euāgelica pfectio eſt oīa relinq̄re ꝓ chꝛo. ⁊ ta/
libꝫ ꝓmittit dñs cū iuramēto ꝙ ipſe remunerabit eos
in regno eterno dicēs. Amen amē dico vobis ꝙ vos q̇
relīq̇ſtis oīa ⁊ ſecuti eſtis me/ in regeneratōe cū ſederit
filius hoīs in ſede maieſtatis ſue ⁊c̄. Et oīs q̇ relīq̄rit
patrē vel matrē ⁊c̄. centuplū accipiet ⁊ vitā eternā poſ
ſidebit. Math. xix. Sup ſedē ſedebūt. qꝛ cū chꝛiſto ali
os iudicabūt: appꝛobando iudicis ſententiā.

De Iuramēto chꝛi Sermo. xlix.

AMen) Iuramentū chr̄i qđ ipe facit ꝑ iſtam di
ctionē (amen) cōfirmat catholicā veritatē. dat
eccleſiaſticā ptātem. ⁊ eliminat hereticā praui/
tatē. ¶ Primo iuramentū chr̄i ꝯfirmat catholicā veri
tatē. qꝛ cū iuramēto iubet verbū veritatis euāgelice au
diri/credi/⁊ obſeruari: ꝓmittens ſub iuramento dare
eis vitā eternā. Vn̄ ſic ait. Amen amē dico vobis ꝗa
qui verbū meū audit ⁊ credit ei ꝗ miſit me: hꝫ vitā eter
nā. Johis. v. Itē cū iuramēto dixit. Amen dico vobis
ſi ꝗs ſermonē meū ſeruauerit: mortē nō videbit in eter
nū. Joh. viij. Et dicit (in eternū) qꝛ mors corpis quam
iuſti ſuſtinēt nō eſt mors ꝫ trāſitus ad vitā. Et nota
ꝙ ꝑ quattuor iuramēta oſtēdit ꝙ verbū ſuū audire de
bemus. Primo ꝓpter p̄dicantiū dignitatē. qꝛ ipſi veni
unt loco chr̄i. Vn̄ xp̄s iurat ſe in eis recipi dicēs. Amē
dico vobis ꝗ vos recipit me recipit. Math. x. Et qui
vos ſpernit me ſpernit. ⁊ ꝗ vos audit me audit Luc.
x. Scđo ꝓpter verbi ſtabilitatē: dicēs. Amen dico vo/
bis: celū ⁊ terra tranſibūt/verba aūt mea nō trāſibunt
(Math. xxiiij.) videlicet quin habeāt effectū. Tertio
ꝓpter v̄bi ineffabilitatē ſeu infallibilitatē: dicēs. Amē
dico vobis donec trāſeat celū ⁊ terra iota vnū aut vnꝰ
apex non p̄teribit a lege donec omnia fiant. Math. v.
Quarto ꝓpter non recipientiū infelicitatē. Vn̄ ſic ait.
Quicūqꝫ nō receperit vos neqꝫ ſermones vr̄os audie
rit/amē dico vob̄ tolerabilius erit terre zodomoꝝ ⁊c̄.
Math. x. q. d. plus debēt puniri illi ꝗ inueniunt a quo
poſſint viā ſalutis addiſcere ⁊ nolūt: q̄ꝫ ꝗ tales doctrī
nas nō audiūt. ¶ Scđo iuramentū chr̄i dat eccl'iaſti/
cam poteſtatē. qꝛ apl'is quoꝝ locū tenent epi: ⁊ diſcipu
lis quoꝝ locū tenēt presbyberi: cū iuramēto dedit po/

teſtatē ligandi ac ſoluendi.i.excōmunicādi ꝛ abſoluen
di in foro penitētiali ab om̄i culpa. ꝛ ligandi.i.obligan
di ad penā ſatiſfactoriā/vt iniungēdo pctōri penitētiā.
Vñ ſic dicit Math.xviij. Quecūq ligaueritꝭ ſup ter
ram:erūt ligata et in celis ꝛc. ¶ Tertio iuramentum
chriſti eliminat hereticā prauitatē.i. omniū illoruꝫ qui
credunt ſaluari ꝑ alium q̄ per chriſtū. Nam multi ve
nerūt ante aduentū chriſti q̇ dixerunt ſe deos eſſe ꝛ mū
di ſaluatores.ſicut ſaturnus.iupiter.mercurius. et alij
dij gentiū:qui cum eſſent hoīes peccatores ꝛ de homi
nibus peccatoribꝫ nati petierūt ſibi vel parentibꝫ ſuis
diuinos honores. Et etiā demones ſupbi loquentes
in imaginibus fecerūt ſe ſicut deos adorari. De quibꝫ
ait pſalmiſta. Omnes dij gētium demonia: dominus
aūt celos fecit.p̄s.xcv. In lege etiā noua fuerūt aliqui
ſicut ſymon magus q̇ dicebat ſe eſſe deum. Et manes
inuentor ſecte manicheorū: dicebat ſe eſſe ſpiritum ſan
ctū. Et multi alij fuerūt ꝑ quos multe anime ſunt de/
cepte ꝛ ꝑdite. Et ideo dominus loquēs de talibꝫ cum
iuramento ait. Amen dico vobis qui nō intrat ꝑ oſti/
um in ouile ſed aſcendit aliunde:hic fur eſt ꝛ latro. Io
hānis.x. Ouile ouium eſt ſancta eccleſia: que ṗmo da
ta fuit patriarchis ꝛ ꝓphetis.quia omnes ſaluati fue
runt ꝑ fidem chriſti:quem credebāt venturū ad redē/
ptionem mūdi. Sed poſt chriſti aduentū collecta eſt
ex vtroq populo.ſcꝫ gentiliū et iudeorū credētium in
ipſum.ſm q ipſe iudeis dixit. Alias oues habeo q̄ nō
ſtꝭ ex hoc ouili ꝛ illas oportet me adducere ꝛ fiet vnus
paſtor ꝛ vnū ouile.id eſt vna eccleſia et vnus ſaluator
Iohānis.x. Oſtiū eſt fides chriſti ſaluatoris. q̇a ſicut
impoſſibile eſt ingredi domū niſi ꝑ oſtiū. ſic impoſſi/

bile eſt ingredi eccleſiā ſaluandoꝝ niſi ꝑ chriſtū. Ideo
dixit petrus. Nō eſt aliud nomen ſub celo datum ho/
minibꝫ in quo opoꝛtet nos ſaluos fieri niſi in nomine
chriſti. Actuū.iiij. Et hoc eſt quod ip̄e chriſtus iurat.
Amen dico vobis ego ſum oſtiū/ ꝑ me ſi quis introie
rit ſaluabit.ingredietꝛ ⁊ egredietꝛ ⁊ paſcua inueniet Io
hānis.x. Ingredietꝛ intus ꝑ fidem deitatis.⁊ egredie/
tur extra per fidem humanitatis.⁊ ſic inueniet paſcua
vite eterne per fidem vtriuſqꝫ nature. Nā em̄ ip̄e eſſet
meſſyas in lege pꝛomiſſus iurat ip̄e dicens. Amen di/
co vobis multi reges ⁊ pꝛophete voluerūt videre que
vos videtis ⁊ nō viderūt/⁊ audire que vos auditis ⁊
non audierunt. Luce.x. Et vt oſtenderet ſe eſſe deum
eternū: iurauit iudeis credentibus ip̄m eſſe purū hō/
minem dicens. Amen dico vobis anteq̄ abꝛaham fie
ret ego ſum. Iohānis.viij. Qui ergo per oſtium non
intrat.id eſt nō credit chriſtum fuiſſe meſſyam et verū
deum: ſed aſcendit aliunde.id eſt aliam fidem q̄ chri/
ſti habꝫ ⁊ pꝛedicat: ille fur eſt ⁊ latro.id eſt animaꝝ de
ceptoꝛ ⁊ pꝛedo/qui in patibulo inferni ſuſpendetꝛ.

## De Religioſis Sermo.l.

AMen) Attendāt religioſi quoꝛum vita debet
eſſe in patientia tentationū.in continuitate oꝛa
tionum.⁊ in humilitate ꝑfectionum ad chriſti
iuramentū.qm̄ iurādo ꝑ amen: incitat ad patiētie ſta/
bilitatē.ad oꝛōis aſſiduitatem.⁊ ad humilitatis ꝓfun
ditatē. ¶ Pꝛimo ad patiētie ſtabilitatē incitat cū iura
mento dicēs. Amen dico vobis: niſi granū frumēti ca
dens in terrā moꝛtuum fuerit/ip̄m ſolū manet.ſi autē

mortuũ fuerit multũ fructũ affert Joh.xij. Granũ fru
mẽti in terrã cecidit qñ chr̃s mortuus ⁊ ſepultus fuit.
et multũ fructũ attulit/ qꝛ morte ſua gen⁹ humanũ re/
demit ⁊ exemplũ paciẽtie nobis dedit ſine qua nullus
ingredit̃ regna celeſtia. quia ſicut ip̃e iurat. Amen dico
vobis nõ eſt ſeruus maioꝛ dño ſuo Mathei.x.q.d.ſi
chr̃s intrauit in regnũ ſuũ ꝑ paſſionẽ qui erat dñs: nõ
debet ingredi ſine paſſiõe ſeruus. Hoc petrus ꝓbauit
cui ip̃e iurauit dicẽs. Amẽ dico tibi cũ eſſes iunioꝛ/ cin
gebas te ⁊ ambulabas q̊ volebas. cũ aũt ſenueris ex/
tẽdes manus tuas ⁊ alius cinget te ⁊ ducet quo tu nõ
vis. hoc aũt dixit ſignificãs qua morte eſſet moritur⁹
(Joh.xxi.) ſcʒ morte crucis in qua ip̃e manus extẽdit.
et alius ip̃m cruci affixit. ſcʒ agrippa p̃fectus vrbis ro/
me. ¶ Scdo ad orõnis deuote aſſiduitatẽ incitat iurã
do chriſtus dicens. Amen dico vobis ſi q̇d petieritis
patrẽ in noĩe meo dabit vobis Joh.xvi. id eſt petatis
rem que nõ ſit cõtraria ſaluti veſtre. ſed oportet petere
cum fide Vñ iurando ait. Si habueritis fidem ſicut
granũ ſynapis: dicetis monti huic/ trãſi hinc ⁊ trãſibit
et nihil impoſſibile erit vobis. Mathei.et Luce.xvij.
Nam cũ apl̃i murmurarẽt q̇a dñs maledixit ficulnee
in qua non repperit fructum ⁊ aruit ex maledictione:
dixit eis cũ iuramẽto. Amen dico vobis ſi habueritis
fidem ⁊ nõ heſitaueritis/ non ſolũ de ficulnea facietis
ſed et ſi monti huic dixeritis: tolle ⁊ iacta te in mari/ fi
et. Et om̃ia que petieritis in orõne credẽtes/ accipietꝫ
Math.xxi. Marci.xi. Et ſi maledixit ficulnee: non fe
cit dñs hoc ex indignatiõe eo ꝙ nõ inueniret in ea fru/
ctum/ ſed vt oſtẽderet illos eſſe maledictos q̇ fructum
non faciunt tp̃e ſuo. ¶ Tertio ad ꝓfundã humilitatẽ

incitat cum iurādo dixit de centurione humili. Amen
dico vobis nō inueni tantā fidem in iſrael. Centurio
habebat fidem ⁊ humilitatem. vn̄ dixit. Domine non
ſum dignus vt intres ſub tectum meū (hoc dixit qꝛ in
eo erat humilitas) ſed tm̄ dic verbo et ſanabitur puer
meus. hoc dixit quia in eo erat fides. Math. viij. Lu
ce. vij. Et optima ꝯiunctio eſt fides cū humilitate. ꝗa
quanto homo ꝑ fidem diuinā celſitudinē profundius
cōſiderat: tanto minus ſe reputat ⁊ ſe corā deo magis
humiliat. Et quāto fides hominis magis eſt humi/
lis: tāto corā deo magis cōmendabilis eſt. ⁊ ꝓpter hoc
vt dominus cōmendaret humilitatē iurauit ſe eſſe mi
norem in tota eccl'ia ſm humanitatem qui maior erat
ſm diuinitatem: dicens. Amē dico vobis non ſurrexit
maior iohāne baptiſta. qui aūt minor eſt in regno celo
rū. i. in eccl'ia: maior eſt illo. ſ. chriſtus ꝗ propter humi
litatē incarnatōis ⁊ paſſiōis dicit in. ps̄. xxi. Ego ſum
vermis ⁊ non homo: opprobriū hominū ⁊ abiectio ple
bis. Vermis naſcitur de terra ⁊ ſine ſemine. ⁊ chriſtꝰ
natus eſt ſine ſemine de virgine. Vermis ꝯculcatur ⁊
vilipendit̄. ⁊ chriſtus in ſua paſſione fuit vilipenſus ⁊
deſpectui habitus vt leproſus. ita ꝙ ꝑ ſuam humilita
tem reduxit nos ad ſuam ſublimitatē ⁊ ad eternam fe
licitatem. Ad quā nos ꝑducat qui ſine fine viuit ⁊ reg
nat in ſecula ſeculorum amen.

¶ Explicit opuſculū quinq̄ginta ſermo
nū ſup orōne dn̄ica venerabilis fratris
Auguſtini de Leoniſſa: ordinis heremi
tarum ſancti Auguſtini.

## ¶ Sermões ſup Aue maria

# Incipiūt ſermones eiuſdem Auguſtini de Leoniſſa ſup ſalutatōe angelica: ſcȝ Aue maria. ludouicꝰ Joēis

¶ Qꝫ beata ꝟgo maria nouo ſalutatiōis genere ab angelo eſt ſalutata  Sermo ꝑmus.

Ave maria) Luce.i. Uirgo glorioſa nouo ſalutatiōis genere ab angelo ſalutatꝛ. qm̄ in textu veteris teſtamēti talia verba ſalutatōis nō reperiunꝛ. Et merito noua ſalutatōe debuit ſalutari: qm̄ nouā virginitatē inuenit. nouo modo cōcepit. ⁊ nouā prolē pepit. ¶ Prima cauſa noue ſalutatiōis fuit noue virginitatis inuētio. Nam licȝ añ eam multe ꝟgines eſſent: nulla tamē ex illis ꝓpoſitum habuit ſic manēdi. Uñ Bernardus. Quis te docuit aut q̄ pagina inſtruxit ꝟginitate dn̄o ſic placere. Dicūt aliq̄ doctores ꝙ ꝟginitatis votū emiſit cū tali cōditione/ ſi diuine foret bn̄placitū volūtati. Ideo ſalutāti angelo reſpōdit humilꝛ dicēs. Quo fiet iſtud qm̄ viruȝ nō cognoſco. i. nō cognoſcere propono. Luce.i. ¶ Secūda cauſa fuit noua ⁊ inaudita ꝯceptio. Cōcepit em̄ virgo nō de virili ſemine ſȝ de ſpūſſancti germine/ in quo nec primā ſimilē viſa eſt nec habere ſequētem. Et hoc ꝑmiſit ei angelus qū dixit. Spūſſcūs ſuperueniet in te ⁊ virtus altiſſimi obūbrabit tibi. ex cuius virtute cōcipies virgo ꝑmanens poſt cōceptum. ¶ Tertia cauſa fuit noua ⁊ inſolita parturitio. Nō em̄ peperit quēlibet de plebe/ nō principem

quelibet huius mūdi:ſed deū verum q̇ fecit mundum Vñ Bernardus. Si adijcias alijs excellētijs eius cuius mater eſt: quiſnā poterit etiā angeloꝝ dignis extollere laudibꝫ virginē matrē/ non cuiuſcūqꝫ ſed dei. Ipa eſt em̄ mater ⁊ virgo excellentiſſima gloria adornata. quoniā filiū cū deo meruit habere cōmunē. Hanc ergo virginē ſalutandā predicamus maxime angelica ⁊ noua ſalutatōe/ in qua cōmendatur ⁊ laudat᷑ a puriſſime vite innocētia (Aue) a virtutum copioſiſſima ſufficiētia (Maria) a gratiarum pleniſſima ſupeffluentia. (Gratia plena) a digniſſima dei p̄ſentia (Dns tecum) a ſtatus ſui excellētiſſima reuerentia (Benedicta tu in mulieribꝫ) a fruct⁹ ſui vtiliſſima magnificētia (Bñdictus fructus ventris tui ieſus chriſtus Amen.

## ¶ De triplici ve a quo beata virgo fuit immunis.

### ¶ Sermo secūdus.

Primo ꝯmendatur beata virgo in ſalutatione angelica a puriſſime vite innocētia: cum dicit᷑ aue. Quis em̄ ſine ve a mūdi exordio inuētus eſt? Non em̄ infans cuius eſt vnius diei vita ſup terram. Dicitur em̄ aue. i. ſine ve. hoc eſt ſine culpa/ cui iuſto ordine debetur ve. effectus pro cauſa vt ſepe ſolet fieri. Et quia ſola virgo immunis ab omni macula fuit: ideo ei ſoli hec noua dictio ⁊ noua ſalutatio debuit reſeruari. Eſt autem triplex ve a quo fuit libera ſancta virgo maria. ¶ Primo a ve culpe originalis. de q̄ dicit᷑ Hieremie. xv. Ve mihi mater mea vt q̇d me genuiſti virum rixe et diſcordie. Rixas em̄ ⁊ diſcordias quibus ſpiritus concupiſcit aduerſus carnē ⁊ econtra ab originali pctō contraximus. ¶ Secūdo a ve culpe

venialis. de quo dr̄ Threñ. v. Ve nobis quia peccaui
mus. Hoc em̄ de veniali dicit̄. qm̄ hieremias in vtero
ſanctificatus in vbo prime pſone loqtur. nō aūt loquit̄
de mortalibꝫ. qꝛ ꝓpter ſanctificatōez mortaliter nō pec/
cauit: ſed bñ venialiter. ¶ Tertio a ve culpe mortalis
de quo dr̄ Oſee. vij. Ve eis q̄ receſſerūt a me. Et iter̄
Oſee. ix. Ve eis cū receſſero ab eis. qd̄ opoꝛꝫ de mor
talibꝫ intelligi. qꝛ nec deus a nobis / nec nos a deo rece
dimus niſi p culpā mortalē. De oībus tribus iſtis ve
dicit̄ Apoc. viij. ꝙ iohes audiuit vocē vnius aq̄le vo/
lantis p mediū celi dicētis voce magna. Ve ve ve ha/
bitantibꝫ in terra. q. d. Oēs habitātes in terra infe/
cti ſunt aliquo iſtoꝝ ve. Quod vt plenius videat̄ ſcien
dū eſt ꝙ nullū malū impunitū relinq̄tur / ſicut nec vllū
bonū irremuneratū. Nā originali pctō datur ve limbi
in quo aīe habitātes ꝓpter tale pctm̄ excludunt̄ a viſio
ne diuina: que eſt pena damni ppetualis. Veniali pec
cato datur ve purgatorij / p cuius ignē aīe a ſuis venia
libꝫ depurgant̄ / ꝛ ibi non videt̄ de⁹. ꝛ ſic ſunt due pene:
damni ſcꝫ ꝛ ſenſus. ſed nō eterne / imo tpales. Morta/
li aūt pctō datur ve inferni / non vt illic purgent̄ ſed vt
in eternū crucient̄ ꝛ nunq̄ deum videant. Iuxta illud.
Tollat̄ impius ne videat gloriā dei. Cum autē beata
virgo nullū predictoꝝ pctōꝝ habuerit / ideo angel⁹ di
xit ei: aue. Quidā tamen dicunt beatā virginē fuiſſe in
peccato originali ɔceptam / ꝛ ꝙ ad lymbū deſcendiſſet
ſi añ filij ſui paſſionē deceſſiſſet. Quibꝫ dicit̄ ꝙ hoc nō
fuiſſet propter culpam originalem. ſed quia ianua reg
ni celeſtis nondū erat apta. que ſolo merito paſſionis
chriſti erat aperienda. Ideo Hieronym⁹ dicit ꝙ crux
chriſti eſt clauis paradiſi.

¶ Q) pctm̄ originale hꝫ multa noīa: et maria
ab omni fuit immunis Sermo .iij.

Ue) Humanū genus in pmo parente ſanum
creatū fuit/ita vt nullā vicioſam pronitatē ha/
beret in ſeipo.ſed poſtq̄ corruit adam in pctm̄
ſtatim ſenſit aliā legē in mēbris ſuis repugnātem legi
mentis ſue.ad Romanū.vij. Et qꝛ om̄es in illo primo
parēte radicaliter fuimus. ideo in oēs nos trāſfundit
hoc pctm̄. Licet em̄ in quolibet renato curet pctm̄ ori
ginale p baptiſmū:nihilominus tn̄ qui curat⁹ eſt trāſ/
mittit illud iterū in prolē. Sicut videm⁹ q circūciſus
generat filiū incircūciſum. et mūdum granū ſeminatū
pcreat granū cum palea. Et cauſa huius eſt.qꝛ homo
generat filiū nō ſm q creatus eſt in mēte.ſed ſm q cor
rupt⁹ eſt in carne. Illud aūt pctm̄ originale habꝫ mul
ta noīa.⁊ hoc ex multiplici cauſa ſm q cōparat ad di/
uerſa. Si em̄ cparat ad aīam vocat infirmitas.qꝛ red
dit aīam infirmā ⁊ impotentē ad reſiſtendū motibus
carnis. Uocat etiam feditas.qꝛ maculat aīam. Uo/
cat pronitas pter ctinuam inclinatōem appetitus ad
malū. Uocatur corruptio.qꝛ ducit ad nihilū. Si vero
cōparetur ad corpus: vocat lex carnis.eo q lege diui/
na carni ſit inflictū. Uocat lex membrorū. quia mouet
mēbra ad cupiſcentiā. Uocat fomes.quia fouet pec
catū in carne. Et vocat ſtimulus carnis/carnē ⁊ aīam
ſtimulans ad cſenſum. Si aūt comparet ad primum
hoiem a quo ctrahit/ vocat peccatū originale. Si ve
ro ad totū hoiem cparetur: vocatur corp⁹ peccati. eo
q ad om̄ia mēbra ⁊ organa corpis ſe diffundit. Eſa.i.
A plāta pedis vſq ad verticem capitis nō eſt in eo ſa

nitas. Et de hoc corpore peccati dr̄ ad Roma.vi. Ut
deſtruatꝛ corpus peccati. Iſtud pctm̄ ꝟgo glorioſa nō
habuit. qđ ptꝫ ex dicto chriſti in laudē iohis. Inter na
tos mulierꝝ nō ſurrexit maior iohe baptiſta Math.xi.
Si virgo habuit originale/ergo ſurrexit. ⁊ ꝑ cōſequēs
fuit minor iohanne. ſed hoc eſt falſum. qꝛ exaltata fuit
ſup oēs choros angelorꝝ: qđ de iohāne nō dicitur

## Qꝛ volētes liberari a ve dānatiōis eterne querant ſcire tria — Sermo.iiij.

A Ue) Quia virgo glorioſa culpā eue mutauit
in grām. ideo nomē peccatricis debuit trāſpo
ſitis litteris trāſmutari. vt cū illa vocaretꝛ eua:
Inuentrix grē ſalutaretꝛ ab aue. Qꝛ autē totū malū per
euā infuſum/ſit ꝑ mariā virginē mutatū: dicit Augu/
ſtinus. Eua em̄ luxit/iſta exultauit. Eua lacrimas/ma
ria gaudiū in vētre portauit. Impleta eſt ergo maria
grā/⁊ eua euacuata eſt a culpa. maledictio eue in bene
dictionē vertitur marie. Culpa aūt eue fuit appetitus
ſciētie. quoniam voluit eſſe ſciens vt deus. ⁊ ſic poſuit
ſe ⁊ filios ſuos in ve damnatōis eterne. Nos aūt ſi vo
lumus liberari a ve damnationis: queramus tm̄ ſcire
tria. ſ. noſipſos. mūdum. ⁊ deum. Nam ſcire proprium
dat humilitatē. ſcire mundū dat ꝯtemptibilitatem. et
ſcire deum dat charitatē. ſine hijs tribus virtutibꝫ nō
eſt ſalus ſed ve damnatiōis eterne. ¶ Queramus er/
go primo ſcire noſipſos. qm̄ talis ſciētia nō inflat ſꝫ hu/
miliat. Debet aūt homo vt ſe cognoſcat tria fideliter
addiſcere. Primo naturarū diuerſitatē. ſ. corpis et ani
me. eo ꝙ corpus ſit de limo. ſpūs aūt de deo. Et licet
ſic ſint diuerſa/vnū infra oīa/⁊ aliud ſup oīa: tamē

a deo mirabiliter ſunt vnita. qm̄ inter ea cõtinuum eſt
bellũ. ⁊ tamẽ ſimul delectabiliter ꝯmorant̄. Secundo
horũ duorũ ad inuicẽ contrarietatẽ. Nã limus appetit
pſentia carnalia delectabilia trãſitoria et caduca. ſpũs
(quia a deo eſt) appetit bona ſpũalia: vtpote virtutes:
opera meritoria ⁊ alia quibus gratia dei acquirit̄. De
iſto appetitu cõtrario ait apl'ſ ad Galathas. v. Spiri
tus inquit ꝯcupiſcit aduerſus carnē ⁊ caro aduerſus
ſpiritũ. Tertio ſup hanc bellicoſam ꝯtrarietatem ad
diſcamus iuſti iudicij equitatem neutri eorũ plus de/
bito faciẽtes. Corpori em̄ ſola neceſſaria petẽti conſen
tiamus aduerſus ſpiritũ. ſed ſi ſupflua petierit/contra
corpus adiuuet̄ ſpiritus. qꝛ vt dicit Bernũ. Omis cul
pa noſtra in hoc cõſiſtit ſi alteri indebite ⁊ ſine iudicio
rõnis ꝯſentimus. Cui em̄ ꝯſenſerimus illud ꝯtra alte
rũ preualebit. ⁊ ideo in noſtra ptãte eſt cui iſtoꝝ volue
rimus ꝯſentire. Et qꝛ dicit̄ in Geneſi. iiij. caº. Subter
te erit appetitus tuus ⁊ tu dñaberis illius: ideo culpa
erit hoĩs ſi appetitui corpis nõ reſiſtit Nam anima de
bet dñari. corpus vero ancillari. qꝛ ad ſeruiendũ ſpiri/
tui datum eſt. Debemus aũt eſſe pro aĩa quia appetit
vtilia: dicẽte aplo ad Galathas. v. Fructus aũt ſpiri/
tus ſunt charitas gaudiũ pax ⁊c̃. Caro vero appetit
que ducũt ad ve damnatõis eterne. Unde apoſtolus
ibidẽ dicit. Manifeſta ſunt opera carnis: que ſunt for
nicatio/immũdicia/inimicicie ⁊c̃. Et ſeq̇tur. qui talia
agunt regnũ dei nõ conſequẽtur. ¶ Secundo ſcire mũ
dum: qui nõ eſt datus ad manẽdum. dicente apoſtolo
ad Hebreos. xiij. Nõ habemus hic manẽtem ciuita/
tem ſed futurã inquirim⁹. ſcȝ ad ſpeculandũ. Iuxta il
lud ad Romañ. i. Inuiſibilia dei a creatura mũdi p ea

que facta ſunt intellecta cõſpiciunt. Sed q̇d ſpeculari
debemus docet Bern̄. dicẽs. Tria in mũdi oꝑe cogi/
tare debemus. ſcꝫ q̇d ſit. quõ ſit. ⁊ ꝓpter q̇d ſit. In p̄mo
relucet diuina potẽtia q̄ tam magna in mũdo creauit.
In ſcd̄o diuina ſapiẽtia que ordinatiſſime oĩa ↄpoſu/
it. leuia ſurſum ⁊ nobiliora. alia vero deorſum. In ter
tio diuina bonitas q̄ omnia creauit ad bonũ finẽ. Vñ
dicit apl's. Om̄ia ꝓpter electos vt diſcat hõ ſi vult ſal/
uari ꝙ ſicut mũdus creat⁹ eſt ꝓpter hoĩem/ hoĩ ſeruit:
ſic hõ creatus ad deũ deo ſeruire debet. ¶ Tertio ſci/
re deũ. qm̄ in ipa cognitõe ſtat vita eterna. dicẽte Johe
Hec eſt vita eterna vt cognoſcãt te ſolum verũ deũ et
quẽ miſiſti ieſum chriſtũ ⁊c. Joh. xvij. Propterea dicit
Hieremie. ix. Nõ gloriet ſapiẽs in ſapiẽtia ſua: ſed in
hoc gloriet qui gloriat ſcire ⁊ noſſe me. Quidã dicunt
ꝙ nõ eſt poſſibile deũ cognoſcere. eo ꝙ cũ iuramẽto di
cat ꝓpheta. Uere tu es deus abſconditus. Eſaie. xlv.
Quib⁊ dicit ꝙ nullus p̄t ſcire deũ totalit. i. ꝙ ſciat q̇d
ſit deus ⁊ quãtũ de⁹ ſit/ ꝓut ſcire cupiebat eua Gen̄. iij.
Sed multi gr̄a dei illuminati p̄nt multa de deo ſcire.
ſed nulla pura creatura tantum ſciuit de deo vt maria
Probat. cognitio cauſat dilectõem. qꝛ nullus deũ dili/
geret niſi prius ip̄m cognoſceret: dicẽte Auguſtino. In
uiſibilia ⁊ inuiſa diligere poſſumus/ incognita nequa/
q̄. Beata aũt virgo ſuꝑ oẽs creaturas deũ dilexit. er/
go ſuꝑ oẽs cognouit. Qꝛ aũt eũ ſuꝑ om̄es dilexerit: pa
tet in p̄mio q̇d datur ſcḋm gradũ charitatis. ſed de ipſa
canit eccleſia ꝙ exaltata eſt ſuꝑ oẽs choros angeloꝝ. ḡ
ſeq̇tur ꝙ fuit in altiori gradu charitatis.

## Qꝛ maria aſſil̄atur mari ꝓpter tria

## ¶Sermo quintus.

SEcūdo cōmendat virgo glorioſa in ſalutatiōe
angelica a virtutū copioſiſſima ſufficientia/ cū
dicit (maria) que interp̄tatur mare Ut dicit in
libro de naturis rerū/mare eſt collectio oīm aquaꝝ tā
dulciū ꝙ̄ ſalſaꝝ. ſic maria eſt collectio omniū virtutū.
Uirtutes dulces ſunt que delectāt mentē. Salſe ſunt
cōpaſſiones in amaritudinib9 ꝓximoꝝ. Si em̄ pau/
lus maria inferior/dixit. Quis infirmat ⁊ ego nō infir
mor.ij. Coꝝ.xi. quanta ꝯpaſſio erat in maria: De hac
cōgregatōe oīm virtutū dicit Geneſ.i. Cōgregent om
nes aque q̄ ſub celo ſunt in locū vnū. Et ſequit. Con/
gregatōes vero aquaꝝ appellauit maria. q.d. Ubicū/
ꝙ̄ videris ꝯgregatōem oīm aquarū. i. omniū virtutū
collectōem: ipa eſt maria mater dei. Quod intuēs An
ſelmus ſup illud Eccl'i.l. (Quaſi vas auri ſolidum or
natū om̄i lapide p̄cioſo) ſic ait. Maria eſt vas ꝓpter di
uinitatis ꝯtinentiā. auri ꝓpter ſtatus eminentiā. ſolidū
propter oīm maloꝝ reſiſtentiā. ornatū om̄i lapide pre
cioſo ꝓpter oīm virtutū affluentiā. Merito ergo ma/
ria dicit mare. ¶ Primo/quia mare eſt oīm fluuioꝝ
caput ⁊ hoſpitiū. caput ꝓpter aquaꝝ affluentiā. hoſpi/
tium ꝓpter eaꝝ refluentiā. que duo breuiter tanguntur
Eccliaſtes.i. Ad mare vn̄ exeūt flumina reuertunt vt
iterū fluant. Ad mare vn̄ exeūt flumina quo ad caput
iterū reuertunt quo ad hoſpitiū. Sic maria eſt caput
oīm gratiaꝝ. a qua q̇cquid boni ꝯſeq̇mur/nobis influ
it. Un̄ Bernard9. Nihil nos deus habere voluit qd̄
ꝑ manus marie nō tranſiret. Eramus em̄ oēs filij ire
et indigni vt aliquid reciperemus immediate. datum
eſt ergo marie q̇cquid ſalutis ⁊ gr̄e accepim9 vt ꝑ illā

daretur nobis q̄ nec ſeipm̄ nobis dare voluit niſi ꝑ ip
ſam. Nec ſolū mare eſt aquarū caput:ſed etiam hoſpi
tium. ꝑ quod inſtruimur vt oīa flumina gratiarum
que ab ipa nobis fluunt debemus ⁊ nos eadem ꝑ gra
tiarꝫactionē in ipam refundere vt vberius nobis iterꝫ
fluant Nam ſi aqua ſtat:putreſcit.ſic gratiarum ceſſat
decurſus vbi recurſus nō fuerit. ¶ Secūdo mare eſt
in neceſſitatibus ſubſidiū Sic maria ſubuenit vniuer
ſis.⁊ quod ſingulis neceſſarium viderit:ſubminiſtrat.
Unde in publico ſtans ad omnes nos clamat dicēs.
Tranſite ad me oēs qui concupiſcitis me Eccliaſti
ci.xxiiij. Hinc Bernardus ait. Maria omnibꝫ omnia
facta eſt / vt de plenitudine eius omnes accipiāt.cap/
tiuus redemptōem.eger curatōem.triſtis ꝯſolatōem.
pctōꝛ veniam.iuſtus gratiā. angelus leticiam. deniqꝫ
tota trinitas gloriā. filius carnis ſubſtātiam:vt nō ſit
qui ſe abſcondat a caloꝛe eius. ¶ Tertio mare eſt iti/
nerātium cōpendiū. Naui em̄ longa via ſuꝑ mare ve/
lociter trāſitur.ſic beata virgo noſtrū eſt compēdium
quo in hoc mari magno itineramus Faciliter em̄ ⁊ ve
lociter ꝑ eā tales gratias cōſequimur,ꝓ q̇bus ſine ea ꝑ
longiſſima tp̄is ſpacia opoꝛteret laboꝛare. Un̄ Bern̄.
Ad noticiā noſtrā pꝛemiſit peregrinatio:que tanqꝫ iu/
dicis mater noſtra negocia fideliter ꝑtractabit.nec pa
ti repulſam poſſumus vbi,ꝓ nobis mater ante filium
filius ante patrē.mater oſtendit filio pectus.filius pa
tri latus ⁊ vulnera. nec vlla poteſt eſſe repulſa vbi tot
concurrunt charitatis inſignia.

## Qꝫ Maria in tribus ſoli aſſimi-
## latur. Sermo ſextus.

Maria interp̄tatur illuminatrix. ideo cōparatur
soli: q̇ illuminat oēm supiorem ⁊ inferiorē regi
onē. ita vt oīa celestia luminaria in ꝯparatōe
sui splendoris nō luceāt: imo nec penitus videātur. q̇a
stelle ⁊ luna que in nocte videnť ⁊ lucent/ ex supexcellē-
ti solis claritate in die nō lucent. sed penitus occultanť
Sic beata virgo omnē creaturā in vite sanctitate tam
excellēter supeminet vt in eius ꝯparatōe omnes sancti
et angeli quasi sint extincti videātur. Et licꝫ in eius cō
paratōe nihil sint: tamē ex eius fulgore illustrantur: vt
eius p̄sentia tota celestis curia ⁊ vniuersa eius militia
clarius incandescat. Vn̄ Bernardus. Sicut oēs stel
le pariter ⁊ luna splēdorem suū habent a sole/ nec tamē
in eius lucent p̄sentia. sic oēs sancti ex beate virginis
p̄sentia lucidius lucent. ⁊ tamen in eius ꝯparatōe non
lucent. Insup virgo maria assimilať soli in tribꝰ. Nā
primo habet in substātia puritatē: ⁊ tantā ꝙ inter om-
nia corporalia nihil potest purius inueniri adeo ꝙ nul
lus apertis oculis pleno intuitu potest solem intueri.
Sic maria pre omnibꝰ puris creaturis tam angelicis
q̄ȝ humanis habet excellentissimā puritatē: quā nulla
creatura plena ꝯgnitōe potuit sufficiēter intueri. Ber
nardus. Quis vnq̄ȝ solē istum naturalē pleno intuitu
aptis oculis potuit intueri: sic nullus eius puritatem
plena cognitōe scire potuit aut videre. Vn̄ spūs ange
lici admirādo clamabūt in celis. Que est ista que ascē
dit sicut aurora cōsurgens ⁊c̄. Canticoꝝ. vi. quasi dice
ret. Que est ista que in tanta puritate ascēdit: quā non
solū nullus hominū/ sed nec vllus nostrū potest expli-
care/ Et ideo Augustinꝰ ait. Ubi de pctō agiť: marie
nullā volumꝰ facere mentionē. ea em̄ puritate nitebat

virgo ſancta qua ſub celo maioꝛ neq̄t intelligi. ¶ Se/
cūdo in motu ꝯtinuitatē. Nunq̄ em̄ ad momētum tē
poꝛis nec ad ictū oculi req̄eſcens: curſum ꝯtinuat inceſ
ſanter. Sic beata ꝟgo ſp̄ fluit in motu meritoꝛie actio
nis. quicq̄d em̄ agebat hoc cū tanta diſciplina ⁊ reue/
rētia faciebat ꝙ in oībus ſumma merita cumulabat.
Si em̄ alij ſancti in infinitū inferioꝛes ad talē ſtatū te
ſtē pſalmiſta venerūt vt de vita ipſoꝝ foliū nō defluat
ſed oīa quecūq̄ faciūt pſperant: multo magis de btā
virgine eſt credendū ꝙ de omī vita ſua nihil vnq̄ va/
cuū ꝓtrāſiuit. nā comedēdo bibēdo doꝛmiēdo ſine qui
bus humana natura durare nō p̄t: auxit ſuū meritū in
ceſſanter. ⁊ de oībus his nihil q̄ꝫ qḋ ſola req̄rebat ncci
tas ſibi ſumpſit. Hec aūt cōtinuitas merēdi ex tribus
p̄cipue augebat. videlicet ex ſenſuū exterioꝝ ⁊ mēbꝛo/
rū ad deū ꝯtinua exercitatōe. ⁊ interioꝝ ſuoꝝ ſcꝫ rōnis
memoꝛie/ intellectus/ ⁊ ſpūs ad deū cōtinua ſuſpenſio
ne. qḋ licet nobis ſit impoſſibile ⁊ ꝑ ꝯſequēs vix credi
bile: tamē in maria credibile eſt. qꝛ fomes pcti per con
ceptionē filij ſublatus eſt in ea totalr̄ ⁊ extinctus. ideo
ſp̄ merita ſup̄ma cumulabat. Et ſi ꝓpter coꝛpis teneri
tudinē aliq̄d de coꝛpis exercitio opoꝛtuit relaxare: hoc
tam virtuoſe agebat vt etiā per virtutē diſcretōis: que
mater eſt omniū virtutū: ſupꝛema merita repoꝛtaret
¶ Tertio in ſitu ſublimitatē. ita vt ex nimia remota
altitudine paruus appareat cū ſit octies maioꝛ terra.
Nō Sic beata virgo tam in via ꝑ vite meritū q̄ꝫ in celo ꝑ
pꝛemiū ſup oēs creaturas in altiſſimo eſt locata. Ubi
eſt ſciendū ꝙ ſtatus vie ⁊ merita ſanctoꝝ in trib⁹ conſi
ſtunt. ſcꝫ in gratijs. in virtutib⁹. ⁊ in deuotōibus. ⁊ ho
rū tria btā virgo ſupꝛema ⁊ altiſſima attingebat. Pri

mo in gratijs:cuius ſupremū eſt omnē gratiā abūdan
tiſſime poſſidere. Vñ ipſa de hac abundantia gloriatꝰ
Eccli.xxiiij.dicēs.Omis gratie vie.i.huius vite eſt in
me.que nō ſolū mihi ſed etiā om̄i hoī. om̄i ſtatui.⁊ oī
etati ſufficit. Hieronymꝰ.Ceteris per partes: marie
vero ſe totā ſimul infudit plenitudo gratiaꝝ. Bernar
dus.Ad quid putas mariā ab angelo iam dudū ante
cōceptōem plenā gr̄a nunciatā gr̄a plena: niſi vt ſupue
niēte deo in vterū nobis fieret ſupplena.vt quotieſcū/
q̄ꝫ precibꝫ tangeretꝛ/ſupeffluerer nobis liquorē gratie:
Ideo in perſona eius dicitꝛ Eccli.xxiiij. Uidete q2 nō
ſolū mihi laboraui ſed om̄ibus exq̄rentibꝫ veritatem.
Secūdo in virtutibꝫ.cuius ſupremū eſt om̄es ꝟtutes
in ſummo habere ſine vicio impugnante. qđ in nobis
minime cōtingit. Quicq̄d em̄ in nobis de virtutibus
plantatꝛ hoc fit cū impugnatōe ꝯtrarij.ſ.vicij. Nam in
nobis virtus tenet mediū viciorū.⁊ nulla in nobis nu
tritꝛ virtus niſi de vicio cōtrario impugnemur. Unde
eunucho non attribuitꝛ virtus caſtitatis. quia de vicio
cōtrario ſcꝫ de luxuria minime impugnatur.Glorioſa
autē virgo omnes virtutes habuit vt de nuullo vicio
vnq̄ꝫ tentaretur. Tertio in deuotionibus.nam noſtra
deuotio tanto eſt altior quāto ſubiectū de quo ꝓcedit
et obiectū in quo agitur eſt purius.⁊ nobilius appre/
henditur.Et quia virgo ſancta puriſſima fuit poſt de
um ⁊ puriſſimū obiectum/deum pre omnibus creatu
ris puriorem apꝓhendit.ideo eius deuotio ſemꝑ ex/
titit in ſupremo.Vt autem in hijs altiſſimis ſemꝑ fue
rit:ex pſona eius dicitur Eccleſiaſtici.xxiiij.Ego in altiſ
ſimis habito.ſcꝫ gratiaꝝ/virtutū/⁊ deuotionū:⁊ thro
nus meus in columna nubis.

## ¶ Sermões ſup Aue maria

### Qꝛ maria in quattuoꝛ ſtelle aſſimilatur. ¶ Sermo.vij.

MAria) Non tm̄ maria interp̄tatur illuminatrix ſed ꝛ illuminata. qꝛ illuminata a deo ꝑ gratiā illuminat totā eccl'iam ꝑ vitam ſanctā. et ideo cōparatꝛ ſtelle. ¶ Primo qꝛ ſtella illuminatꝛ a ſole ꝛ cōſequēter illuminat noſtrā terre ſupficiem. Sic maria a ſole iuſticie illuminata: ſplēdebat tripliciter. ſupra ſe intra ſe. ꝛ extra ſe. Primo ſupra ſe ad deū ꝑ diuiniſſimā contemplatōem/diuinā eſſentiā ſup om̄es mortales viatores quantum humane creature poſſibile fuit lucidius cōtemplando. vt veraciter dicere poſſit illud Eccl'iaſtici.xxiiij. In om̄i populo ꝛ in omni gēte p̄matū habui ꝛ oīm excellentiū colla ꝓpria virtute calcaui. Et illud. In plenitudine ſanctorum detētio mea.q.d. Quicqd om̄es ſancti ꝯtemplādo attingebāt: in omni eoꝝ plenitudine ꝯtemplādo morabar. Vn̄ ſi de moyſe ꝛ paulo dici poterat. ꝙ deū ꝯtemplantes viderūt diuinā eſſentiā. multo verius dici poteſt de maria virgīne dei matre. Secundo intra ſe ꝑ limpidiſſimā cognitionē. Cognoſcebat em̄ om̄ia p̄terita p̄ſentia ꝛ futura que ipam ad ſalutē poterāt promouere. vt veracitꝛ dicere poſſet illud Eccli.li. In ſapientia luxit aīa mea. ꝑ quā ſapientiā (vt ibidē dicitꝛ.xxiiij.caº.) girum celi circuiui ſola/ꝓfundum abyſſi penetraui/ꝛ in fluctibꝰ maris ambulaui/ꝛ in omni terra ſteti: non pedū ambulatiōe ſed mētis cognitiōe. vt veraciter de ea poſſit dici illud Sapiētie.ix. Ipſa ſcit om̄ia ꝛ intelligit. Tertio extra ſe ad primū ꝑ diſciplinatiſſimā conuerſationem: vt etiā in hac parte luceret oībus q̄ in domo dei ſunt.

Si em̄ veraciter dicebat apl's de q̄buſdā pauperibus ad Phil.ij. ꝙ in medio natōis ꝑuerſe ⁊ praue lucerent ſicut luminaria in mundo: q̄s explicabit qualiter hoc glorioſum lumē lucebat in hac vita De qua dicit̄ Sapietie.viij. Nullā habuit amaritudinem ꝯuerſatio illius Intantū em̄ cōuerſatio eius placuit: vt cū ſepe legimus dn̄m a iudeis rep̄henſum/vt eſt illud Math.xi. Homo vorax ⁊ potator vini: glorioſe virginis vitā in nulla vnq̄ re ⁊ a nullo vnq̄ legimus reprehenſam. Et nō ſolum ꝯparatur ſtelle inquantū fuit illuminata ꝑ grām vt daret lumen deo/ſibi/⁊ proximo: ſed etiā quia ſtella habet ſecū in ſubſtātia puritatē. Sic beata virgo ꝑ ſpiritūſanctū fuit mundiſſime depurata/dum in vtero matris ſanctificaret̄. Pro quo ſciēdum ꝙ in ſacra ſcriptura de triplici legimus expiatōe vel ſanctificatōe. ſcȝ generali. ſpeciali. ⁊ ſingulari. Prima eſt cōmunis que fit ꝑ ſacramēta eccl'ie. ⁊ hec tollit culpā originalē. infundit grām. debilitat fomitem. relinquit tamen pronitatē ad peccādum tam venialiter q̄ mortaliter. Et hec eſt ſanctificatio baptiſmalis. ⁊ eſt oīm renatoꝝ. ideo dicit̄ generalis. Secūda eſt ſpecialis q̄ fit ꝑ gratiā ſpūſſancti ſpecialē. ⁊ iſta ſicut p̄ma tollit culpam originalē/infudit grām ⁊ mitigat fomitem intantū vt nō impellat ad peccādum mortaliter. ⁊ talis fuit ſanctificatio Hieremie et Johis baptiſte. Tertia eſt ſingularis que fit ꝑ grām ſpūſſancti. ⁊ iſta ſuppoſitis actibus p̄dictis tollit pronitatē ad peccandū tam venialiter q̄ mortaliter. ⁊ hec fuit ſanctificatio ꝟginis quam nullus apoſtoloꝝ habuit. ¶ Tertio in aſpectu habet paruitatē Ut dicunt aſtronomi/minima ſtella eſt maior tota terra. ſed ꝓpter magnā diſtantiā videtur

parua. Sic maria magna eſt nõ corpore ſed poteſtate
in ꝯſpectu dei. Patz qꝛ poteſt om̄ia q̄ vult ⁊ deſiderat
corã eo. Vñ Bernardus. Om̄e qd̓ petieris a me im-
petrabis a me: pete a me mater quod vis. Quõ dene
gabit̄ ei a deo quod poſtulat/ de cuius carne carnẽ aſ-
ſumpſit. Itẽ Bern̄. Data eſt tibi om̄is ptãs a dño in
celo ⁊ in terra vt oĩa que volueris valeas impetrare. ⁊
tñ ipa ex humilitate paruã ſe reputabat. de quo mirat̄
Bernardꝰ dicẽs. Que eſt tam ſublimis humilitas q̄
cedere nõ nouit oblatis honoribꝫ. Nõ magnũ eſt hu-
milẽ eſſe in abiectõe. ſed magna ⁊ rara virtus humili-
tas honorata. Hec ꝑ tanto dicit Bern̄. quia cũ hono
raret̄ ab angelo vocãdo eam matrẽ dei: ipſa ſe humili
ando dixit. Ecce ancilla dñi fiat mihi ſm verbũ tuum
Luce. p̊. Sup illud (Reſpexit humilitatẽ ancille ſue)
dicit Bern̄. Audeo dicere qꝫ nec marie virginitas ſine
humilitate placuiſſet. ¶ Quarto in motu velocitatẽ.
Nã virgo vt ſtella velociter currebat ꝑ viã mandato-
rũ dei ac cõſiliorũ. ⁊ ſuã deuotionem cõtinue ſine inter
miſſione exercebat vt momentũ tꝑis ei vacuũ nõ trãſi
ret. Et ſi q̇s dixerit qñ ſp̄ agere poterat cũ cibo ſom-
no quiete ⁊ aliis neceſſitatibꝫ indigeret: que q̄ꝫdiu fecit
dei opa nõ agebat. Reſpõſio. Hec om̄ia tam virtuoſe
agebat vt ei om̄ia ad meritũ ꝑueniret̄ Si em̄ nos pec
catores ⁊ viles vermiculi q̇ infinitis obſtaculis retar-
damur/ hec facere poſſumus: multo verius beata vir
go hec facere potuit q̄ nullũ obſtaculũ habuit in agen
do. Et niſi poſſemus/ nõ hortaremur ad hoc Exodi.
v. Implete opus veſtrũ quotidie. Qd̓ tunc facimus
ſi nullũ tẽpus nobis trãſeat ſine fructu. Hinc pſalmi-
ſta. Querite faciẽ eius ſp̄. Propter qd̓ ſunt multa gñia

meritorū: vt in vno attediati/ſtatim ad alterū cōuertamur. Ideo Bern̄. inquit. Nulla vnq̄ꝫ ſeruū dei dies/ſꝫ nec hora inueniat niſi vel in exercitij labore vel ꝓficiendi ſtudio vel in experientie dulcedine vel fruēdi ſtudio Eccl'iaſtes.ix. Quodcūq̄ꝫ p̄t manus tua facere: inſtanter operare. Scdo nō ſolū fuit maria velox in operū cōtinuatiōe/ſed etiā in omniū membrorū exteriorū ⁊ interiorū aggregatōe. qr cū bonū faciebat/oculos/manus ⁊ linguā cū oībus exterioribꝰ et interioribꝰ ſenſibꝰ ad dominū dirigebat. ⁊ ſic oīa interiora ⁊ exteriora in vnum erāt cōgregata cū ſumma diligētia vt fortius operaretur bonū Prouerb.xviij. Frater q̄ adiuuatᷣ a fratre q̄ſi ciuitas firma. Talis eī coadunatio ſumme placet deo ſicut eius cōtrariū ſibi diſplicet. De ꝯplacentia dr̄ Eccleſiaſtici.xxv. In tribꝰ bn̄placitū eſt ſpiritui meo. quorū vnū eſt ꝯcordia fratrū. De diſplicētia dicitᷣ Prouerbiorū.vi. Sex ſunt que odit dn̄s ⁊ ſeptimū deteſtatur aīa mea. Et illud ſeptimum eſt inter fratres ſeminare diſcordiā. qd inter omnia cetera deteſtatᷣ. Tertio fuit velox in ꝯtemplatiōe ⁊ actiōis ſimul opatione. Nam ſunt tria genera ſanctorū. quidā tm̄ actiuā vitam ducētes vt martha. quidā tm̄ vitā cōtemplatiuā vt maria magdalena. quidā vtrāq̄ꝫ vitā/ſed diuerſis tꝑibus vt apl'i: qui pro tpe ⁊ loco nunc actiui et nūc ꝯtemplatiui erāt. De q̇bus dicit apl's.ij. Cor.v. Siue mente excedimus: ecce ꝯtemplatiui/ſiue ſobrij ſimus: ecce actiui Virgo aūt maria vtrāq̄ꝫ vitā ſimul ⁊ ſemel tenebat. i. Thi.iij. Qui bene miniſtrauerit bonū gradū ſibi acq̄rit. Cui adiūgit Bern̄. Qui aūt vacauerit meliorē ſibi acq̄rit. Optimū aūt ꝯſequitᷣ qui ꝑfectus eſt in vtroq̄ꝫ. Cui nos adijcimus. qui vtrūq̄ꝫ ſimul fecerit (quod

in ſola virgine maria credimus )plus q̄ ꝑfectus eſt

## Qꝛ plenitudo gratiarū in maria in tribus cognoſcitur     Sermo. viij.

TErtio ꝯmendatꝛ virgo glorioſa in ſalutatōe an
gelica a gratiaꝝ pleniſſima ſupeffluentia/ cum
dicitꝛ (Gratia plena) Quod expōnēs Bernar/
dus ait. Legim⁹ in actib⁹ apłoꝝ ſtephanū plenū gr̃a
⁊ apłos repletos fuiſſe ſpūſcō. Actuū. vi. et. ij. ſed lōge
diſſimiliter a maria. qꝛ nec iſte adeo plenus vt in eo habi
taret plenitudo deitatis corꝑaliter vt in maria. nec il
li acceperāt de ſpūſancto quēadmodū maria. Ad q̇d
ergo nunciatꝛ ab angelo plena gr̃a: niſi vt dn̄o ſuperue
niēte nobis fieret ſupplena. Hec aūt plenitudo gratia
rū in tribus cognoſcitꝛ. ¶ Primo in multitudine gr̃a/
rum. Nam ipa habuit om̄es gr̃as ⁊ om̄ia que rōnem
gratie ſortiuntꝛ. dicēte Eccl'iaſtico. xxiiij. In me om̄is
gr̃a vie ⁊ vite. Hieronymus. Ceteris ꝑ partes: marie
vero ſe ſimul infudit plenitudo omniū gratiaꝝ. Nobi
ſcū bene agitur ſi vnam gratiūculam ꝯſequamur. teſte
apoſtolo qui dicit. Unicuiqꝫ noſtꝝ data eſt gratia ſm̄
menſurā. Eph. iiij. Sed maria ſic plena eſt vt nec vna
ei gratia ex oībus defuerit. ¶ Scd̄o in magnitudine
gratiaꝝ. Nō em̄ exiliter gr̃as ſuas habuit/ ſed in maxi
ma virtute habuit vniuerſas. Vn̄ Bern̄. Non decuit
virginē beatā cum vulgo ꝯmunes habere gr̃as: q̄ ſum
mū ⁊ maximū geſtabat in vtero. ſed quicq̇d ſummum
q̇cquid ſupremū. quicq̇d maximū in gratijs eſſe pote/
rat: hoc habuit. ¶ Tertio in latitudine gratiaꝝ. Nam
tam effluens fuit gr̃aꝝ plena vt eas in celū/ in infernū
extenderet/ ⁊ in terrā. Quod Bern̄. inſinuat nob̄ expo

nēs illud.p̄s.lxxiij.(Operatus eſt ſalutē in medio ter/
re) Juſte vterus ꝟginis mediū terre appellat̃.ad illam
em̄ ſicut ad mediū reſpiciunt q̇ ſunt in celo ⁊ q̇ in infer
no ⁊ q̇ nos ſumus ⁊ q̇ ſequunt̃.⁊ nati/ natoꝝ/⁊ qui na
ſcētur ex illis. Illi q̇ ſunt iu celo vt reſtaurent̃.q̇ ſunt in
inferno vt eripiant̃.qui nos p̄ceſſerūt vt ꝓphete fideles
inueniant̃.⁊ qui ſequunt̃ vt grām conſequant̃. Et me/
rito in te reſpiciunt oculi totius creature.quia per te ⁊
in te et de te benigna manus omnipotentis quicquid
creauerat/⁊ recreauit.

## Q͂ꝛ de gratia ſunt tria videnda.

### ¶ Sermo nonus.

GRatia plena) Dicturi de gratia:tria de ip̄a vi
deamus.ſcꝫ de eius deſcriptōe.diuiſione.⁊ ha
bilitatōe. ¶ Primo de gratie deſcriptiōe que
diuerſimode deſcribit̃.quia ad diuerſa ↄparat̃. Com
parat̃ em̄ gr̄a ad gratie largitoꝛē tanq̄ꝫ ad ſuum p̄nci/
pium.⁊ ſic deſcribit eā yſidoꝛus dicēs. Gratia em̄ dei
mouens voluntatē excitat eam in opus. Aliquādo cō
parat̃ ad ſubiectū in quo eſt.ſcꝫ in aīa.⁊ tunc ſic deſcri/
bitur. Gratia eſt nitoꝛ anime ꝑ quā reconſiliat̃ ⁊ grata
efficit̃ deo. Aliquādo ↄparat̃ ad ſuū oppoſitū.ſ.pctm̄.
et tūc ſic deſcribit̃. Gratia eſt iuſtificatio ⁊ remiſſio pec
catoꝝ:q̇bus dimiſſis in ſoꝛtē dei cōputamur et in nu/
merū filioꝝ. Aliq̄n compatur ad ſuū effectū quē in no
bis operat̃.⁊ ſic deſcribit eā Chryſ.dicēs Gr̄a eſt ſani
tas ⁊ delectatio coꝛdis. Aliq̄n vero ↄparat̃ ad ſuū pre
miū qđ ꝑ eam ↄſeq̇mur.⁊ ſic deſcribit̃ ad Ro.vi. Gr̄a
dei eterna. ¶ Scđo de gr̄e habilitatōe. Iſta habilita/
tio ꝑ maxime ↄſiſtit in gratitudine q̄ deum inclinat ad

gratiã nobis dandã. Iſta vero gratitudo eſt vt ſimus
grati ad oẽm gratiã quã exhibet nobis deus. Ad qḋ
monet nos aplũs ad Coloſſ. iij. dicens. Grati eſtote.
Tunc aũt grati veraciter erimus ſi omnẽ gratiã a deo
nobis collatã ad lucrũ noſtrũ ⁊ ad gloriã dei expendi/
mus: gratiaꝝ actiones de ſingulis datori gratie referẽ
tes. Vñ Bern. Felix q̇ ad ſingula dona gr̃e redit ad
eũ in quo eſt plenitudo oĩm gratiaꝝ: cui dum ꝓ accep
tis nõ ingratos nos exhibemus: in nobis locũ facimꝰ
gratie amplioris. ¶ Tertio de gratie diuiſiõe. Ut di
cũt doctores: gr̃a diuidit̃ in grãm gratis datã ⁊ grãm
gratũ facientẽ. Obmiſſa gratia q̃ facit aĩam gratã: di
cam nũc de gr̃a gratis data. que in ſex grãs diuiditur.
quarũ prima dicit̃ generalis ⁊ eſt gr̃a creatõis que eſt
cõis oĩbus creaturis ⁊ maxime rõne vtentibꝫ/ꝑ quam
de nõ eſſe in eſſe tam nobile nos creauit. An nõ gratia
maxima: qui heri nihil fuimus ⁊ hodie inter tot milia
creaturaꝝ ſumus nobiliſſima creaturaꝝ/cui ad ſeruiẽ
dũ oĩes alie ſunt create. iuxta illud. p̃s. viij. Oĩa ſub/
iecisti ſub pedibus eius. Scd̃a dicit̃ ſpecialis. ⁊ eſt gr̃a
redẽptiõis. de qua ad Thitũ. iij. Apparuit benignitas
ſaluatoris nr̃i nõ ex operibꝫ iuſticie que fecimus nos ſꝫ
ſm ſuã miſcd̃iam ſaluos nos fecit vt iuſtificati gratis
ꝑ grãm ipſius ⁊c̃. que ideo dicit̃ ſpecialis. quia plures
creati ſunt q̃ꝫ ꝑ paſſionẽ ſaluati. De hijs duabꝫ gratijs
ait Bernardus. Quid retribuã dño pro oĩbus q̃ re
tribuit mihi. In p̀mo ope me mihi. in ſcd̃o ſe mihi. et
vbi ſe mihi dedit/me mihi reddidit. Tertia dicit̃ ſin
gularis. quã ſingulis nobꝫ ſingulariter exhibet. vt ſunt
inſpiratões ſingulares. De q̇bus ait apl̃s ad Ephes.
iiij. Unicuiqꜫ noſtꝝ data eſt gr̃a ſm menſurã donatio

nis chriſti. Et iterū .i. Cor.vij. Unuſquiſq̃ ꝓpriū do
nū habet a deo/ alius q̇dem ſic/ alius vero ſic. Sicut
em̄ deus ſingulis ſingulas diſpoſitōes depingit in fa/
cie. ſic etiā ſingulis ſingulas grās impartit. Quarta
dicit habitualis: q̄ virtutes naturales inſerit naturis
hoīm Uerbi grā: ſunt aliq̇ a natura miſericordes. De
q̇bus dr Job.xxxi. Ab infantia creuit mecū miſeratio.
Et ſunt aliq̇ naturalr timidi ⁊ aliq̇ magnanimes. que
ideo grē dicunt/ q2 licet ſint naturales: tn̄ ad virtutes
gratuitas hoīes ex eis facilit inclinant. Quinta dicit
actual: ꝑ quā hoīes vel locutōe vel opatiōe vel exēpla
ri exhibitōe ꝑuenti ad bn̄ agēdū ꝯmouent. Un̄ apl's
ad Ro.xi. Sine penitētia ſtꝫ dona dei ⁊ vocatio. Quā
videlicet grām in euāgelio trib9 legimus exhibitā Pe
trū nanq̃ ⁊ andreā dn̄s hac ꝑuenit grā/ verbis eos le/
nib9 ꝯmouendo. Paulū vero ꝓſtrauit duris ꝟbis cor
rigēdo. Et ſic multiformis dei grā ſalutē noſtrā mul/
tiplici pietate diſpēſat. ac ſc̄m ꝯueniētiā vniuſcuiſq̃ gra
tiā ſue vocatiōis miſericorditer impartit. Sexta dicit
naturalis. q̄ nature hoīm inſerta creſcit ⁊ ꝑficit cū na/
tura. ſicut eſt ſanitas corꝑis. fortitudo mēbrorū. bona
cōplexio. ⁊ alie valitudines naturales. q̄ ideo grē dicū
tur. quia cum eas ad bonū conuertimus plurimū ad/
iuuamur. Ideo Bernardus dicit. Conatus liberi ar
bitrij ad bonum caſſi ſunt ſi a gratia nō adiuuentur. ⁊
nulli ſunt ſi nō excitentur. Gratia ergo excitat liberum
arbitrium dum ſeminat cogitationem. ſanat dum mu
tat affectionem. roborat dum ꝑducit ad actionem. ſer
uat ne ſentiat defectiōem. Hec eſt illa gratia ſine qua
liberum arbitrium non diſponitur ad gratiam gratū
faciētem. Quam nobis concedat ⁊c̄.

## ¶ Sermões ſup Aue maria

### Q̄ꝫ humilitate maxime acquirit gratia dei. ¶ Sermo decimus.

Gratia plena) Nihil eſt ita neceſſariũ ad grãm
ꝓmerendã ſicut humilitas. nã quãto humilio
res corã deo ſumus tãto abũdantius grã nob
dabit. iuxta illud Eſaie. xl. Om̄is vallis exaltabit. q2 vt
dicit in. ps̄. ciiij. Inter mediũ montiũ ptranſibũt aque.
Ideo Jacobi. iiij. et. i. Petri. v. dicit. Deus ſupbis re/
ſiſtit: humilib9 aũt dat grãm. ſ. gratũ facientẽ. dicente
Auguſtino. Nihil nos ita ḡtos deo facit q̄ꝫ ſi vite me
rito magni ꝛ humilitate ꝑui ſumus. Propterea ſalua
tor omiſſis oĩbus alijs/ de humilitate nos monuit di/
cẽs. Diſcite a me q2 mitis ſum ꝛ humilis corde. Ma
thei. xi. De hac humilitate videamus tria. ¶ Primo
humilitatis ſignũ qđ eſt dei timor. dicẽte Bernardo.
In veritate didici nihil eque efficax ad grãm ꝓmeren
dã ꝛ recuperandã q̄ꝫ ſi om̄i tp̄e videaris non alta ſape
re ſed timere. Si grãm inueniſti time ne amittas. q̄m
ſup aurũ ꝛ argentũ grã bona. Prouerb. xxij. Si grã re
ceſſit: time ne ex culpa tua hoc ꝓceſſerit. q̄m nõ eſt ha/
bitatio lucis cũ tenebris. ij. Cor. vi. id eſt grẽ cuꝫ mor
tali culpa. Si grãm recuperaſti: time ne iterũ perdas
ꝑ recidiuatõem. nã tunc fiũt hominis nouiſſima peio/
ra priorib9 Math. xij. Beatus q̄ ex humilitate hũc tri
plicẽ habet timorẽ. Facilit deũ timebimus ſi timoris
materiã vndiq3 nos circũdantẽ apertis oculis videa/
mus Nã ſi ſurſum aſpicim9/ videmus deũ quẽ offen/
dimus. ſi infra/ infernũ quem meruimus. ſi retro/ pctã
que cõmiſimus. ſi ante/ iudiciũ quod nõ euademus. ſi
intra/ defectus quos incurrimus. Ita vt his om̄ibus

cōſideratis pꝛoni cū humilitate coꝛruamus in terram clamātes in celū illud Hieremie.x. Quis nō timebit te o rex gentiū: nam circūdederūt me mala quoꝝ nō eſt numerus. ¶ Secūdo humilitatis motiuū. Facile eñ mouebimur ad humilitatē ſi occultum dei iudiciū ꝑtimeſcimus. ſi defectus noſtros cognoſcimus. ⁊ ſi meliores ſemꝑ inſpicimus. Primo ſi occultum dei iudicium ꝑtimeſcimus. De quo Eccleſiaſtes.ix. Sunt iuſti atqꝫ ſapiētes ⁊ opera eoꝛū in manu dei ſunt: ⁊ tamē neſcit homo vtrū odio an amoꝛe dignus ſit: ſed oīa in futurū ſeruantur incerta. Et iterū ibidem.viij.caplo. Vidi impios ſepultos q̇ dum viuerēt in loco ſancto erant et laudebātur in ciuitate quaſi iuſtoꝛū operum. Secūdo ſi defectus noſtros ſemꝑ inſpicimus: quia nemo tam ſanctus eſt qui hijs careat. ſicut dicit Mych. vi. Humiliatio tua in medio tui. Vn̄ Bernard⁹. Tu quicūqꝫ es ſi te ſine diſſimulatione dijudices: nō dubito quin humilieris in oculis tuis factus tibi humilioꝛ in cognitiōe tui. Et quāto quis altius ꝓfecerit: tanto amplius inueniet quo humilietur. dicente Gregorio. Vnuſquiſqꝫ dum tactu veri luminis illuſtratur: oſtēditur ſibi quid ſit iuſticia vnde erudit quid ſit culpa. Tertio ſi melioꝛes ſemꝑ inſpicimus in quoꝛū cōparatione videbimus nos eſſe nihil. Unde Bernardus. Elige tibi meo conſilio hominē cuius vite exemplar coꝛdi tuo ita inſederit: vt quotiens eius recoꝛdatus fueris: ad reuerentiam cogitati aſſurgas ⁊ temetipm oꝛdines ac componas acſi pꝛeſens ſit. ¶ Tertio humilitatis exemplum. Multi dicūt ſe non poſſe eſſe humilies vt chꝛiſtus ieſus. quia ipſe fuit deus et homo, tales ad minus ſint humiles vt virgo glorioſa

maria.que in exemplũ humilitatis data eſt toti gene-
ri hũano.vt ſicut ipa habuit teſtimoniũ humilitatis:
ſic ꝛ nos habere ꝓcuremus.vt dicit ſcp̄tura Deutronõ.
xxiij. In oꝛe duoꝛũ vel triũ ſtat om̄e verbũ. Beata aũt
virgo ſuã humilitatẽ ꝓbat tribus teſtibꝫ.ſcꝫ cogitatõe
locutiõe ꝛ opatione. qm̄ ipa fuit humilis in ope.oꝛe.ꝛ
in coꝛde. Primo in ope.qꝛ nõ legitur nec inuenit̃ feciſ-
ſe aliqd̓ miraculũ.cũ tamẽ apl̃i in infinitũ inferioꝛes le
gant̃ cecos illuminaſſe.claudos ſanaſſe.moꝛtuos ſuſci
taſſe.ꝛ alia multa Virgo aũt glorioſa in tota vita ſua
ſub pallio humilitatis ſe abſcõdit.ꝛ nõ oſtẽdit poten-
tiã ſuã in miraculis faciẽdis. propter qd̓ figurata fuit
in heſter/que abſcõdita interpꝛetatur.ꝛ dixit. Tu ſcis
dñe quia abominer ſignũ ſuꝑbie. Heſter.xiiij. Secun
do in coꝛde. Qꝛ aũt fuit humilis in coꝛde patꝫ ex ſuis
verbis que de coꝛdis humilitate traxit. Nam cũ ange
lus diceret ꝙ erat mater dei/ ꝛ elizabeth ꝙ erat mater
dñi ſui:ipa humilitatẽ in coꝛde retinẽs angelo reſpon-
dit. Ecce ancilla dñi. Ad elizabeth aũt dixit Reſpexit
humilitatẽ ancille ſue Luc.i. Acſi diceret.grãm quam
mihi nũciaſti nõ mihi ꝓuenit ex vite ſanctitate nec me
ritoꝝ quantitate vel etiã coꝛpis caſtitate: ſed ex coꝛdis
humilitate quã habeo/ teſte deo q̇ ſcit hominũ coꝛda.
Iuxta illud.i.Regũ.xvi. Homo videt ea que parent:
deus aũt intuet̃ coꝛ. Et iſtã humilitatẽ cõmẽdat Ber
nardus dicẽs. Non magna virtus eſt hominẽ eſſe hu
milẽ in abiectõe.ſed magna ꝛ om̄ino rara ꝟtus humi-
litas honoꝛata. Tertio in oꝛe vel locutiõe. quia raro
viſa eſt ꝓferre ſermonẽ.ſed in taciturnitatis ſilentio ſp̄
humiliãs ſe abſcondebat̃. Vñ Bernardus. In omni
textu quattuoꝛ euãgelioꝝ ſi bñ meminimus mariã nõ

Nota

niſi q̄ter legimus ꝓtuliſſe sermonē. Primo ad angelū cū dixit. Quō fiet iſtud ꝛc̄. ꝛ Ecce ancilla dn̄i ꝛc̄. Luce. i. Scđo ad elizabeth cū eā ſalutaret. ꝛ poſtea dixit. Magnificat aīa mea dn̄m. Luce. i. Tertio ad filium cū iam eſſet annoꝝ duodecim dicēs. Fili q̇d feciſti nobis ſic. nā ego ꝛ pater tuus dolētes q̄rebamus te. Luce. ij. Quarto in nuptijs ad filiū ꝛ ad miniſtros dicēs filio. Uinū nō habēt. ꝛ miniſtris. qđcunq̨ dixerit vobis facite. Joh. ij. Iſta quattuoꝛ ꝟba tante fuerūt efficacie vt ad ſingula ſecuta ſint miracula. Ad primū em̄ verbū deus factꝰ eſt hō ꝛ in ſuo vtero carnē aſſumpſit Ad ſcđm verbū iohānes baptiſta in vtero matrꝭ exultauit. Ad tertiū deus obedit hoī cui obedit om̄is creatura Ad quartū aqua in vinū mutata eſt. Si paſtoꝛes inuenerūt mariā ꝛ puerū in ꝑſepio poſitū. ſi magi etiā inuenerūt mariā cū infante. ſi ſymeon dixit ei. Tuā ipſius aīam ꝑtrāſibit gladius: nō legitur aliq̇d qđ virgo dixerit. ſed ſolū dicit̄ ꝙ maria cōſeruabat om̄ia verba iſta cōferens in coꝛde ſuo. O mira res/ maria gr̄a plena ꝛ illuminata vidit verbū incarnatū. audiuit eum in parabolis loquētem. vidit ꝛ audiuit ip̄m dū in cruce pēderet ꝛ nō dixit. Fili mea intereſt q̄ꝛ mr̄ ſuꝫ ſcire myſteriū incarnatōis/ iuſtificatōis/ ꝛ redēptōis. dic mihi ſecreta tua. ꝫ oīa vidēdo ꝛ audiēdo ꝯſeruabat in coꝛde ſuo Hic arguēde ſtꝭ mulieres loq̄ces ꝛ garruloſe q̄ oīa volūt ſcire q̄ fiūt a ſuis maritis ꝛ alijs hoībꝫ hincinde

## Qꝫ tota trinitas fuit in maria.

¶Sermo vndecimus.

Quarto cōmendat̄ virgo glorioſa in ſalutatione āgelica a digniſſima dei p̄ñtia cū dr̄ (dn̄s tecū)

Ut dicit Bern̄. fuit cū maria dn̄s pater q̄ ſuū filiū ſi/
bi dedit vt etiā eius eſſet filius. Dn̄s filius q̄ ſuū inha
bitauit vteꝝ nouē menſibꝫ ⁊ exiuit ſaluo ꝟginitatis ſi/
gillo. Dn̄s ſpūſſcūs cuius ꝟtute ꝯcepit ⁊ ab eo ſcīfica
ta fuit: vt ſola digna eēt filiū dei ꝑturire. ⁊ ſic tota trini
tas fuit cū ea. ⁊ h̄ ꝓpter tria. ¶ Primo vt corpus eiꝰ fe
cūdaret. ⁊ hoc in ſup̄mo gradu fecūditatis. Suprema
aūt fecūditas eſt/ fecūditas cū flore ꝟginitatis. Sunt
em̄ virgines abſq; fecūditate/ q᷑ ſteriles. ſunt fecunde
abſq; ꝟginitate/ q᷑ corrupte. maria ꝟo fuit ꝟgo fecūda
in quo nec fuit nec erit aliqua ſibi ſilīs. Unde Bern̄.
Bona eſt fecūditas ꝯiugalis. melior virginalis caſti/
tas. optima aūt fecūditas virginea ⁊ fecūda ꝟginitas
¶ Scd̄o vt vitā eius ſanctificaret etiā in gradu ſup̄mo
